SOPHOCLIS ANTIGONÆ

VERSUS 384—769,

SUETHICE REDDITI ET ANNOTATIONIBUS ILLUSTRATI.

SCRIPSIT

ET

PERMISSU AMPL. ORD. PHILOS. UPSAL.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

IN PUBLICO DEFENDET

ERNESTUS JULIUS ÖSTRAND,

PHIL. CAND. GESTR. HELS.

IN AUDITORIO GUSTAV. MAJORE PRID. KAL. APR. MDCCCLXIX.

H. A. M. S.

HOLMIÆ.

TYPIS DESCRIPSIT A. L. NORMAN.

MDCCCLXIX.

PATRI CARISSIMO

PIA MENTE

FILIUS SCRIPTOR.

Tu mihi multa, pater, puero lætanda dedisti:
A puero hoc cape: sit lætitiæ senio!

Oedipus, Laji filius, rex Thebarum, deprehensis atrocissimis sceleribus, quæ imprudens perpetraverat, oculis ipse se privavit et Thebis expulsus comitante Antigona filia errabundus in Atticam venit, ubi mortuo a Furiis jam placatis tandem pax concessa est. Filii autem ejus, Eteocles et Polynices, regno patriæ occupato inter se pactionem fecerunt, ut alternis annis regnarent; sed Eteocles anno exacto regnum fratri tradere noluit. Quam ob causam Polynices adjunctis sex regibus bello patriam petivit (ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας), in quo fratres mutua cæde occisi sunt. Deinde Creon, frater Jocastæ, matris eorum, regno potitus Polynici, quippe qui patriæ arma intulisset, sepultura interdixit. Cujus rei indignatione incensa Antigona mortuo ipsa pulverem injecit. Quod ubi cognitum est ab illa esse commissum, Creon iræ cedens eam vivam sepeliri vel in antrum includi jussit. Sed ita factum est, ut et Hæmon, filius Creontis, sponsus Antigonæ, mortem sibi ipse conscisceret, et Eurydice, uxor Creontis filii morte audita, ei se sociam adjungeret.

Hanc fabulam Aristophanes grammaticus Sophoclis tricesimam alteram esse dicit, et verisimile est, eam anno 443 aut 441 a. Chr. n. primum fuisse actam. Res agitur in aperto loco ante regiam in Cadmeo sitam. Personæ sunt: Antigona, Ismena (soror ejus), Creon, Eurydice, Hæmon, Tiresias vates, custos, nuntii duo, chorus denique senum Thebanorum.

Descriptio fabulæ hæc est:

Prologus 1—99. Antigona Ismenam hortatur, ut fratris sepulturæ sibi particeps fiat; quod quum illa timore impulsa abnuit et sororem a conatu avocare studet, nihilo minus Antigona se solam hoc facturam affirmat.

Parodus 100—162. Chorus carmine læto victoriæ diem salutat, vim et superbiam oppugnantium commemorat, quos a Jove et Marte jam esse oppressos, fratrum mortem leviter attingit; sed nunc omnia mala oblivioni esse tradenda et læta pompa celebranda templa deorum.

Episodium primum 162—331. Creon audiente choro causas exponit, cur edixerit, ut inhumatus jaceat Polynices; vix autem ad finem locutus est, quum custos repente adve-

niens certiorem eum facit, mortuo corpori pulverem esse injectum. Qua Creon ira incensus morte proposita custodi imperat, ut sceleris auctorem manifestum reddat.

Stasimum primum 334—383. Sollertiam et varias facultates ingenii humani chorus laudibus effert; attamen interdum in mala vertuntur.

Deinde custos Antigonam adducens conspicitur.

Episodium secundum 384—581. Interroganti regi custos exponit, quemadmodum virgo in fratre sepeliendo sit deprehensa. Illa facinus aperte confessa nihil perterrefacta contendit, magis deorum quam hominum legibus esse obtemperandum. Contra Creon Antigonæ magnos spiritus sumenti ejusque sorori mortem minatus virgini frustra persuadere conatur, injuste eam fecisse. Deinde Ismena adducta sororem precatur, ut mortis ejus consortem fieri sibi liceat, quod tamen illa recusat. Neque eo, quod interrogat Ismena, num sponsam a sponso, ipsius filio, divellere velit, Creon a proposito deterretur.

Stasimum secundum 582—630. Per multas ætates deorum exercetur in homines ira et castigatio, quod in Oedipi domo vel maxime apparet, nec quidquam Jovi resistere potest. Nemini omnia bene atque feliciter eveniunt; quem deus perdere vult, ejus mentem occæcat. — Hæmon in scenam prodit.

Episodium tertium 631—780. Ille patri hortanti, ut æquo et tranquillo animo sponsæ mortem ferat, verecunde respondit, omnino cives Antigonæ fatum deplorare et immeritum judicare, quamobrem patri persuadere conatur, ut consilium mutet. Quo Creon etiam magis ira inflammatus eam confestim in antro vivam includi jubet.

Stasimum tertium 781—805 invictam amoris vim celebrat. — Chorus Antigonam conspiciens doloris impletur.

Episodium quartum 806—943. (Commus 806—882.) Antigonam de morte lamentantem chorus partim consolatur, partim ob audaciam et sui confidentiam reprehendit. Quum deinde Creon servos admonet, ut denique imperata sua conficiant, Antigona mollissimis verbis vitam valere jubens lætatur, se mox in consanguineorum coetum ac conspectum venturam.

Stasimum quartum 944—987. Fato omnia esse subjecta. Idem quod Antigonæ etiam Danaæ, Lycurgo, Cleopatræ evenisse.

Episodium quintum 988—1114. Tiresias vates Creonti

deorum iram vaticinatur eique suadet, ut mortuum humari sinat. Ad quod quum Creon superbo et irato animo respondet et in Jovem ipsum invehitur, vates brevi fore canit, ut gravissima poena affligetur, quibus dictis iratus abit. Tum Creon monente choro tandem ad sanam mentem reversus confestim Antigonam liberari, sepeliri Polynicem jubet. Sed sero est; jam omnia aliter eveniunt.

Hyporchema 1115—1152. Bacchus, in cujus tutela Thebæ erant, invocatur, ut urbi propitius sit.

Exodus 1155—1353.

Episodium sextum 1155—1260. Nuncius de morte Hæmonis narrat, in quo mater ejus appropinquat. Cui diligentius interroganti pluribus verbis rem exponit, post quod Eurydice nulla voce emissa discedit.

Commus 1261—1346 (immixtis trimetris). Quum Creon temeritatem suam incusans inducitur, in eo ipso alter nuncius eum de conjugis morte certiorem facit, quo dolore pæne fractus sero intemperantiam agnoscit.

Extremis versibus 1348—1353 chorus constantiam ac moderationem commendat; hominibus summisso animo deos esse venerandos.

Vetus est quæstio, utrum Creon an Antigona vere tragica persona sit. Equidem puto utrumque, sed illum multo magis. Nam is deos spernit ob eamque causam multo graviores dat poenas quam Antigona, quæ regis præcepto repugnans deorum leges servat, quamobrem, etiamsi capitis poena afficitur, tamen optimo cuique probatur.

In hoc opusculo conscribendo his omnino adjumentis usus sum:

Dind. = Sophoclis tragoediæ superstites et perditarum fragmenta ex recensione Gu. Dindorfii. Lips. 1867. (Ejus contextum maxime sum secutus).

= Sophoclis tragoediæ ex rec. Gu. Dindorfii. Ed. tertia. Lips. 1857.

Seyff. = Sophoclis Antigonam ed. Maur. Seyffertus. Berolini 1865.

Wolff. = Sophokles. Erklärt von Gust. Wolff. 3:r Theil. Antigone. Leipz. 1865.

Schneid. = Sophokles. Erkl. von F. W. Schneidewin. 4:s Bändchen. Antigone. 2:e Aufl. Leipz. 1854.
Wund. = Sophoclis tragoedias rec. et explan. Ed. Wunder. Gothæ et Erford. 1831—41.
= Ejusdem libri ed. III. Ibdm 1847—57.
Blayd. = Sophocles with english notes by F. M. H. Blaydes. London 1859.
Erf. Sophoclis tragoediæ septem ac deperditarum fragmenta. Ed. C. G. A. Erfurdt. Vol. IV. cont. Antigonam. Lips. 1806.
Both. = Sophoclis dramata, quæ supersunt, et deperditorum fragmenta. Græce et Latine. Rec. et ill. F. H. Bothe. Lips. 1806.
Schol. = Scholia in Sophoclis tragoedias septem. Ed. P. Elmsley. Lips. 1826.
Pass. = Handwörterbuch der Griechischen Sprache, begründet von Franz Passow. Neu bearb. und zeitgemäss umgestaltet. Leipz. 1841—1857.
J. & S. Griechisch-deutsches Wörterbuch von K. Jacobitz und E. E. Seiler. Leipz. 1850.
Ell. = Lexicon Sophocleum. Ed. Fr. Ellendt. Regiomonti Prussorum 1834—35.
Kr. Griechische Sprachlehre für Schulen. Herausg. von K. W. Krüger. Berlin.
Rost. = Griech. Gramm. von Rost. 5:e Aufl. Göttingen 1836.
Baeuml. Bäumlein. Griech. Partikeln. Stuttg. 1861.
Schoell. = Sophokles Werke, verdeutscht von Schöll. 3:s Bändchen. Antigone.

Boeckhii Antigonæ editio et nova Schneidewinii a Nauckio curata serius mihi in manus venerunt, quam ut ex iis quidquam utilitatis capere possem. Suecanam versionem nullam adhibui, partim ne inclinaret animus, ut eam imitarer, partim quod una vel duæ saltem earum magis documento sunt, quomodo verti non debeat, quam quomodo debeat.

In suecanis versibus conformandis ea præcepta sequi conatus sum, quæ J. Spongbergius (in versione Ajacis) primus ac pæne unus rata fecit.

Sofokles' Antigone.

V. 384—769.

En väktare, medförande **Antigone;**

Kören; sedan **Kreon.**

Väktaren.

Se, hon, som dådet har föröfvat, här hon står;
hon greps på öppen gerning. Hvart har Kreon gått?

Kören.

Han nu ur huset träder just helt lägligt ut.

Kreon.

Hvad nu? Hvad gör, att nu min ankomst läglig är?

Väktaren.

O kung! en dödlig aldrig bör försvärja sig;
ty eftertanken gäckar föresatsen. Jag
mig föresatt att aldrig mera komma hit,
förskräckt af dina förra stränga hotelser.
Men oförväntad, aldrig anad glädje kan
helt visst med ingen annan njutning räknas lik,
och derför kom jag, fast jag nyss försvurit mig.
med denna flicka, hvilken greps, just medan hon
tillredde grafven. Ingen lott blef kastad här,
men mitt är fyndet, ingen annans, denna gång.
Och nu, o konung, henne tag, och, bäst du vill,
håll dom och undersökning. Jag, ur faran fri,
med rätta drar mig undan denna svåra sak.

Kreon.

Men den du hitfört, hvar och huru greps hon väl?

Väktaren.

Hon har begraft den döde: se, der har du allt!

Kreon.

Men vet du ock med visshet, om du talar sannt?

Väktaren.

Med egna ögon såg jag henne jorda den,
som du förbjudit jorda. Nu förstår du väl?

Kreon.

Hur blef hon upptäckt, huru röjdes hennes brott?

Väktaren.

Hör, huru allt tilldrog sig: när vi kommo dit,
uppskrämda genom dina stränga hotelser,
vi togo bort sorgfälligt allt det stoft, som låg
på liket, samt afhöljde väl den dödes kropp;
på kullen se'n i skygd för vinden suto vi,
der ingen lukt ifrån den döde nådde oss,
med smädeord hvarandra häftigt retande,
att ingen liknöjd måtte glömma bort sin pligt.
Rätt länge så vi suto, tills på himlens hvalf
i middagshöjd befann sig solens ljusa klot,
och hettan brände: plötsligt står ur jorden upp
en hvirfvelvind med blixt och åska, sänd af Zevs;
han rasar öfver slätten, skakar kronorna
af fältets träd, och luftens höga rymd är fylld
af dån; till skydd vi måste sluta ögonen.
Det dröjde länge, innan stormen rasat ut:
då synes flickan, brister ut i klagorop,
som sorgsna fågeln höjer jemmerskri, då han
ser bo't på ungar plundradt, tomt och ödelagdt:
så äfven flickan, när hon liket blottadt ser,
med ljudlig jemmerklagan beder gudarne
att skoningslöst förbanna dådets gerningsmän.
Och strax hon frambär torkad jord i händerna
och gjuter trefaldt offer öfver liket ur
välhamrad kopparkanna, upp i höjden lyft.
När vi vid denna anblick sprungo fram, hon lät
sig gripa, ej den minsta fruktan visande.
Vi spörja henne, om hon ock en gång förut
begått det brottet: ingenting hon nekar till,
för mig till glädje, men till sorg på samma gång.
Ty visst är ljufligt, när man sjelf går faran fri,
men svårt är dock att nödgas föra vänner i
förderfvet. Detta dock för mig naturligtvis
betyder mindre, än att jag sjelf skall räddad bli.

Kreon.

Du der, som böjer ned mot jorden hufvudet,
bekänner eller vill du neka detta? Säg!

Antigone.

Jag har begraft den döde; neka vill jag ej.

Kreon (till väktaren).

Du gerna må gå härifrån, hvart heldst du vill:
befriad nu från brottets svåra skuld du är.

(Väktaren går.)

(Till Antigone:)

Men säg mig du i korthet, ej med många ord:
förbudet var dig kanske icke obekant?

Antigone.

Nej. Huru eljes? Var det ej offentliggjordt?

Kreon.

Och dock du djerfdes öppet bryta deremot?

Antigone.

Ej Zevs det var, som låtit utgå detta bud,
ej Dike, hon som Hades' mörka verld bebor,
för menskoslägtet slika lagbud stadgat har;
ej heller, tror jag, hafva dina stadganden
en sådan kraft, att, fast en dödlig blott, du kan
förakta gudars eviga och oskrifna lag.
Ty ej för dagen gäller denna: evigt är
dess lif: dess ålder ingen dödlig känna lärt.
Mot denna brottslig vill jag ej af fruktan för
en menskas stolthet finnas samt af gudarne
derför bli straffad. Att jag en gång skall dö, jag vet,
om också du ej sagt det. Om jag äfven skall
gå bort i förtid, vill jag kalla det en vinst.
Ty den, som lefver, såsom jag, olyckans barn,
hur skall för honom döden ej en vinning bli?
Så skall det icke bli mig svårt i någon mån
af denna lott att drabbas; om jag deremot
min egen broder läte ligga utan graf,
det skulle grämt mig: *detta* grämer icke mig.
Men om min handling tycks dig visa oförstånd,
så vet: för dårskap blott en dåre klandrar mig.

Kören.

Sjelft styft från styfsint fader stammar, kan man se,
den flickans sinne. Ej af nöden kufvas det.

Kreon.

Men vet, att oftast alltför hårda sinnen snart
bli nederstötta; icke sällan får man se

oböjligt jern, i elden glödgadt, blifva skört
och sedan krossas samt i stycken brytas lätt.
Med ringa tygel har jag sett de eldiga
ungfålar styras; icke går det an, att den
får höga tankar, hvilken slaf åt andra är.
Hon här förstod att vara öfvermodig, då
hon öfverträdde lagar, allmänt gällande;
och efter dådet *det* är hennes andra fel
att vara stolt och glädjas öfver hvad hon begått.
I sanning, jag är ej en man, men hon en man,
om detta tilltag skall förblifva utan straff.
Hon vara må min systers dotter eller ock
en frändes, mer än sjelfva härdens gud mig kär:
likväl hon måste undergå en skymflig död
och systern ock: ty henne skyldig räknar jag
i lika mån att hafva tillstyrkt jordandet.
Tillkallen henne; nyss der inne såg jag, hur
hon, icke mer förståndet mäktig, rasade.
Ty sinnet ofta blir beträdt med stämplingar
hos dem, som orättfärdigt öfva mörkrets verk.
Dock äfven det jag hatar, när en menniska,
beträdd med brott, vill smycka ut det efteråt.

Antigone.

Om mitt, den fångnas, lif du tar, hvad vill du mer?

Kreon.

Ej mera vill jag. Har jag det, så har jag allt.

Antigone.

Hvi dröja? Mig behagar intet enda ord
från dig, — och må de ej behaga någonsin! —
så kunna äfven mina ej behaga dig.
Dock, huru få ett rykte, ärofullare
än det att hafva lagt min egen döde bror
i grafven? Alla dessa skulle säga sig
ha samma tro, blott fruktan ej förstummat dem.
Envåldet för ju med sig mycket godt, så ock
fri makt att göra samt att tala, hvad man vill.

Kreon.

Du visst ibland Kadmeer ensam detta ser,

Antigone.

Nej, äfven desse; men — du styrer deras mun.

Kreon.
Men blygs du ej att tänka olikt desse män?

Antigone.
Att skydda blodsförvandter — det är ingen skam.

Kreon.
Men ock på andra sidan föll en bror till dig.

Antigone.
Af samma moder, samme fader född som jag.

Kreon.
Den gärd, du hembär, blir en skymf mot denne bror.

Antigone.
Den döde skall ej ge ett sådant vittnesbörd.

Kreon.
Du ärar honom lika högt som brottslingen.

Antigone.
En broder var det, ej en träl, som stupade.

Kreon.
Mot detta land han stred, den andre för dess sak.

Antigone.
Men Hades' lagar måste allmänt lydda bli.

Kreon.
Dock ej med bofven må den ädle räknas lik.

Antigone.
Hvem vet, om ock der nere detta tal är fromt?

Kreon.
Ej ens i döden kan en ovän blifva vän.

Antigone.
Att dela kärlek, ej att hata, föddes jag.

Kreon.
Så gå dit ner, och älska, om du älska vill,
de der. För mig skall ingen qvinna skrifva lag.
(Tjenarne framföra Ismene.)

Kreon, Antigone, Ismene, Kören.

Kören.
Men se! ur palatset Ismene går fram

utgjutande systerlig kärleks tår;
öfver ögonen tungt vanställer ett moln
hennes glödande hy,
och det fuktar den blomstrande kinden.

Kreon.

Hör du, som smög dig likt en orm uti mitt hus
och sög mig hemligt, fast jag icke märkt, att jag
för thronen födde tvenne olycksstifterskor,
välan, så säg mig: har du någon del uti
din brors begrafning eller svär, att ej så är?

Ismene.

Jag saken utfört, endast hon går in derpå;
den del, jag har, af skulden sjelf jag bära vill.

Antigone.

Rättvisan skall ej låta detta ske, enär
du ingen hjelp har lemnat, jag ej tagit mot.

Ismene.

Men nu i olycksdagen blygs jag icke att
med dig på olyckshafvet gå till seglings ut.

Antigone.

Hvem verket utfört, Hades vet och skuggorna;
men den, som älskar blott med ord, jag älskar ej.

Ismene.

Ej må du syster, akta mig ovärdig att
med dig i döden blidka få vår döde bror.

Antigone.

Nej följ mig ej i döden. Räkna ej som ditt,
hvad ej du vidrört. Jag skall dö; det vare nog!

Ismene.

När du är borta, hvilken fröjd har lifvet qvar?

Antigone.

Ja, fråga Kreon! Han din högsta omsorg är.

Imene.

Hvi så mig håna utan något gagn deraf?

Antigone.

Med smärta ler jag, om mitt löje gäller dig.

Ismene.

Men huru skall jag mera kunna gagna dig?

Antigone.

Jo, fräls dig sjelf. Din räddning jag missunnar ej.

Ismene.

Ve mig! Jag får ej dela döden ens med dig.

Antigone.

Ty lifvet valde du, men döden valde jag.

Ismene.

Men ej på outtalda grunder så jag gjort.

Antigone.

Du gör i dina ögon rätt. i *deras* jag.

Ismene.

Vi hafva alltså felat dock på lika sätt.

Antigone.

Var lugn, och lef du: jag är redan länge död,
och nu min själ de döde endast gagna kan.

Kreon.

Af dessa flickor, tror jag, har den ena nyss
förståndet mistat, systern allt från födelsen.

Ismene.

Olyckan, konung, gör, att äfven det förstånd,
naturen gifvit, viker bort och flyr sin kos.

Kreon.

Helt visst hos dig olyckan, sjelfvald, verkat så.

Ismene.

Ja, hvarför skall jag utan henne lefva mer?

Kreon.

Nämn icke »henne»: hon är icke mera till.

Ismene.

Men vill du rycka bruden bort ur Haimons famn?

Kreon.

Ja, äfven andras åkrar kunna plöjas upp.

Ismene.

Ej blir en kärlek lika fast, som deras var.

Kreon.

Jag vill en elak hustru icke ge min son.

Ismene.

O dyre Haimon, hur din fader skymfar dig!

Kreon.

Det blir för retsamt, detta tal om äkta säng.

Kören.

Du vill då röfva henne bort ifrån din son?

Kreon.

Från sådant gifte Hades kan mig göra fri.

Kören.

Det tyckes alltså vara afgjordt: dö hon skall.

Kreon.

Just så vi begge mena. Dröjen icke mer!
Infören henne, slafvar! Dessa qvinnor man
bort binda väl och icke släppa fritt omkring.
Ty ofta undfly till och med de djerfvaste,
när Hades synes vilja nalkas deras lif.

Kören. *Str. 1.*

Ack lyckliga de, som ej nödens dagar smakat!
Ty, när guds dom skakat en menniskoboning,
smyger svår olycka från slägte till många slägten,
liksom när vågors vilda svall,
häftigt fördt af traciska
hafsvindar, störtar sig ut på hafvets dunkla djup:
det vältrar svart, af vinden upprörd
sand från hafvets botten fram;
af bruset däna stormbebodda stränder.

Motstr. 1.

Olyckor i Labdaci hus, de gamla lika,
öka ser jag talet af mödor från fordom;
icke kan ett slägte befria det andra, utan
en gud dem störtar skoningslöst.
Ty det ljus, som spridde sig
omkring den sista ättelägg af Oidipos,
det plånas ut med blodigt våld af

underjordens gudars svärd
och talets oförstånd och sinnets irring.

Str. 2.

O Zevs, hvilken bland menskor kan din
makt trotsa med brottsligt sinne?
Kraftlös är mot dig sömnen, som allt förslappar,
intet förmå de rastlöst
ilande år; höjd öfver tiden herrskar
du i glans som konung
öfver Olympens ljusrymd.
Som i fordom tid, så framdels
Orubbeligt gälla skall
han i sin kraft, den lagen:
hvar menniska blir träffad af sorg i lifvet.

Motstr. 2.

Ty vidtsväfvande hoppet kan visst
bli nyttigt för många menniskor,
dock mången ett irrbloss till begär och lusta;
smygande märks det icke,
förrän man brännt foten i heta lågan
Ty förståndigt någon
yttrat en prisad sanning:
att det onda synes godt för
den, hvilkens förstånd af Zevs
uti förderfvet ledes;
han lefver en kort tid af sitt lif med lycka.

Se, Haimon der nalkas, den yngste ibland
dina söner; han kommer måhända i sorg
för sin blifvande makas, sin älskade bruds,
för Antigones lott,
för det gäckade hoppet om brudsäng.

Kreon.

Det får vi snart se mera visst än siarne.

Kreon, Haimon.

Kreon (till Haimon).

Dödsdomen kanske känd dig är, min son, och hit
i vredesmod emot din fader kommer du?
Säg, eller har jag, hur jag gör, din kärlek qvar?

Haimon.

Din är jag, fader; du med dina visa råd

min mening leder; dessa råd jag följa vill.
Naturligtvis kan intet giftermål för mig
ha större vigt, än att jag af dig ledsagas väl.

Kreon.

Min son, ett sådant sinne bär uti ditt bröst,
att största värdet städs du ger en faders råd.
Fördenskull prisar hvar och en sig lycklig att
i hemmet hafva fostrat upp hörsamma barn,
att de åt hans ovän gifva ondt igen till lön,
men hedra vännen lika högt som fadren sjelf.
Men den, hvars barn ej kunna göra något godt,
hvad skall man säga han har födt förutom sorg
åt sig, sin ovän rikligt skäl till skadefröjd?
Så låt dä aldrig, o min son, vällusten för
en qvinnas skull beta dig sansen, vetande,
att bitter blir den njutning, hvilken skänkes af
elaka hustrur. Kan väl något finnas, som
gör mera skada, än att en elak vän man har?
Nej, låt den afskyvärda fara ned med skam
till Hades' rike — der att bli en skuggas brud.
Enär hon öppet blifvit gripen, ensam hon
i hela staden icke lydig lagarne,
så skulle jag för folket stå som lögnare,
om hon fick lefva. Må hon ropa klagande
till slägtens skyddsgud: om jag egna slägtingar
för litet tuktar, huru tygla andra då?
Ty den i egna angelägenheter sig
bevisar duglig, styrer äfven staten väl.
Men den, som brottslig öfverträder statens bud
och tror sig kunna skrifva lag för herrskaren,
en sådan skall ej lyckas vinna pris af mig.
Den staten tillsatt, han i allt åtlydas bör,
det vare smått, det vare rättvist eller ej.
En sådan, tror jag fullt och fast, är skicklig att
med kraft befalla, villig ock att lyda väl;
i regn af lansar står han, der han blifvit ställd,
en trogen kämpe, oförskräckt att härda ut.
Men tygellöshet skadar mest af allt, som finns.
Hon störtar stater, hon gör hus förhärjade
och ödelagda, genombryter lederna
i vänners krigshär; deremot plär lydnaden
som oftast rädda deras lif, som lyda tukt.
Alltså att upprätthålla lagen nödigt är

och icke låta qvinnor bli de rådande.
Ty heldre, om det gäller, störte männer oss,
än att vi som qvinnors slafvar skulle pekas ut.

Kören.

Om icke annars åldern har förvillat oss,
förståndigt tycks du talat, det du talat har.

Haimon.

Min far! från födseln gudar gifvit oss förstånd,
bland alla egodelar dock den yppersta.
Att säga dig ha talat orätt häruti,
det kan jag icke, har ej insigt nog dertill;
dock torde äfven andra ha ett godt förslag.
Jag kan nu helt naturligt bättre se än du,
hvad folket gör och säger eller klagar på.
För män af folket fruktansvärd din anblick syns,
i fall de tala, hvad ej dig behagligt är;
men jag får höra hvad som sägs i hemlighet,
hur jungfrun synes stadens folk beklagansvärd,
att hon, bland alla qvinnor mest oskyldig, skall
till lön för ädel handling få en neslig död,
fastän sin egen broder, död i blodigt mord,
hon icke låtit ligga obegrafven att
af hundar eller fåglar söndersliten bli:
är hon ej värd att skörda rik berömmelse?
Så går i mörkret deras tal i hemlighet.
Men vet, o fader, mig kan ingen vinning bli
af större värde, än att jag ser dig lyckliggjord.
Ty fadrens lycka ger ett barn dess största fröjd,
liksom å andra sidan barnets ger dess far.
Så hys nu icke detta enda tänkesätt,
att det, som du har talat, ensamt riktigt är.
Ty de, som tro sig sjelfva ega mer förstånd
än andra eller klokhet eller talekonst,
när skalet fallit af dem, egt blott tomhet qvar.
Men må man också kallas vis, man blyges ej
att lära mycket, ej att visa foglighet
Du ser vid vinterflodens framfart, hur de träd,
som gifva vika, ega sina grenar qvar,
men hur med roten ryckas upp de trotsande.
Så äfven den, som häftigt spänner seglets skot
och icke gifver vika, kantrar snart och får
med båten upp- och nedvänd segla vidare.

Låt vreden vika, låt en mildring träda in.
Om jag, fastän en yngling, ock kan ha förstånd
att döma, vill jag säga: mycket bättre är
att ega vishet såsom skänkt från födelsen;
men om, som ofta händer, detta icke skett,
så bör man villigt lära det, som talas väl.

Kören.

O kung! förakta icke dennes kloka ord,
(*till Haimon*) och du ej hans; I hafven begge talat väl.

Kreon.

Så gammal alltså skall jag nu lärjunge bli
åt dig, som uppnått denna ålderns mogenhet?

Haimon.

Lär intet orätt. Men om också jag är ung,
ej bör man se på tiden mer än saken sjelf.

Kreon.

Ock »saken» heter: ära dem, som trotsa lag?

Haimon.

Att hedra onda — sådant råder icke jag.

Kreon.

Är icke hon behäftad just med detta fel?

Haimon.

Så säger icke folket här i denna stad.

Kreon.

Och folket skall ju lära mig att stifta lag?

Haimon.

Men nu du talar likt ett oförståndigt barn.

Kreon.

För andras räkning kanske styr jag detta land?

Haimon.

En ensam man kan icke bilda någon stat.

Kreon.

Men staten plär ju vara herrskarns egendom?

Haimon.

Skönt må du herrska ensam öfver öde land.

Kreon.

Den här, så tycks det, strida vill för qvinnans sak.

Haimon.

Om du är »qvinnan»; dig det är, jag sörjer för.

Kreon.

Din egen fader går du, skurk, till rätta med.

Haimon.

Ty dig jag ser ett orättfärdigt brott begå.

Kreon.

Är det väl brottsligt, att jag mitt välde skydda vill?

Haimon.

Ett dåligt skydd, då gudars höghet trampas ned.

Kreon.

Gudlösa sinne, kufvadt under qvinnors makt!

Haimon.

Dock under brottet kufvad ej du funnit mig.

Kreon.

För henne ensam har du hållit allt ditt tal.

Haimon.

För dig och mig och underjordens gudamakt.

Kreon.

Ej skall du henne, än i lifvet äkta få.

Haimon.

Hon alltså dör; men någon annan dör också.

Kreon.

Du dristar äfven komma fram med hotelser?

Haimon.

Att söka hindra oförstånd, är det ett hot?

Kreon.

Strafflöst du icke klandrar, sjelf så klandervärd.

Haimon.

Min far du är; jag eljest dåre kallat dig.

Kreon.

Du slaf af qvinnor, trötta icke mig med prat!

Haimon.

Du vill dä tala, icke höra andras tal!

Kreon.

I sanning? Må Olympens gud mitt vittne bli:
en gång du ångrar denna skymf, till tadlet lagd.
Framfören straxt utskummet! Genast må hon dö,
inför vår åsyn, nära till sin trolofvade!

Haimon.

Till mig? Det må du aldrig föreställa dig!
Ej skall hon dö mig nära, icke heller du
för dina ögon skall få se mitt hufvud mer;
må de, som vilja, se'n fördra ditt raseri!

(Han går.)

Kören.

Han gick, o konung, retad upp i vredesmod;
vid denna ålder sinnets harm är farlig nog.

Kreon.

Ja, må han gå, och göra, tänka, hvad han vill:
dock skall han icke rädda dessa flickors lif.

ANNOTATIONES.

v. 384. Hoc modo verba sunt jungenda: ἐκείνη ἡ ἐξειργασμένη τὸ ἔργον ἥδε ἐστίν, *ea* (quam quæritis), *quæ facinus commisit, illa est* (quam præsentes videtis). De loco articuli v. Kr. I, 50, 10, 1. Cfr Aj. 522. Χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσα ἀεί. El. 1486. θνήσκειν ὁ μέλλων. O. R. 139. ὅστις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανών.

v. 387. ξύμμετρος. Cfr O. R. 84. ξύμμετρος ὡς κλύειν.

v. 388. ἀπώμοτος apud Soph. hic. tantum et v. 394 invenitur, diverso tamen sensu. Hic enim est pr. *abjurandus*, ἀπώμοτον *quod jurejurando confirmatur fieri non posse* (quo sensu etiam Plato hoc voc. utitur); v. 394 contra ἀπώμοτος est *qui jurejurando negavit, se quid facturum.* Quo sensu haud scio an nusquam alibi usurpetur.

v. 389. Hunc solum locum exhibet Pass., ubi ψεύδειν idem esset atque ψευδῆ καθιστάναι. Sed apte Wund. cf. O. C. 1512. Mihi tamen prorsus non necessarium videtur a solita hujus verbi significatione discedere.

v. 390. Wolffius cum hoc versu comparat v. 260, non videns, longe aliam esse hujus loci rationem. Ibi enim ἄν pertinet ad ἐγίγνετο solitu usu: *exstitisset* (sed non exstitit); nostro autem loco ἄν cum ἥξειν jungendum, ut vertit Seyff.: *gloriabar* (vere), *vix umquam facile* (ἄν) *me huc rediturum.*

v. 392. De particularum conjunctione ἀλλὰ γὰρ breviter disputavit Kr. I, 69, 14, 4, copiosius Baeuml. pagg. 78 sqq. et 80. Seyff. cum Nauckio ἄτοπος habet, vulgarem lectionem ἡ γὰρ ἐκτὸς καὶ παρ' ἐλπίδας χαρὰ repudians ob eam solam causam, quod latine non licet dicere *pro et contra omnia disputare,* quasi non liceret græce dicere, quod latine non licet. Homerum saltem hoc sibi indulsisse, demonstravit Wolff., afferens Il. 17, 760 πέσον περί τ' ἀμφί τε τάφρον, quodammodo etiam Sophoclem El. 1329 οὐ παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' ἐν αὐτοῖσιν κακοῖς, ubi tamen αὐτοῖς repetitum est. Cf. etiam hujus fabulæ v. 518. Bene conveniret εὐκτός, quod

recepit Both., nisi semper alioquin in feminino εὐκτὴ sonaret. Potius hoc ipsum scribas.

v. 395. Non satis intelligo, quibus causis commoti Seyff. et Dind. necessarium duxerint codicum καθευρέθη in καθηρέθη mutare. Item v. 406.

v. 396. ἐνθάδε, ut antea (v. 275).

v. 400. δίκαιός εἰμι, v. Kr. I, 55, 3, 10. ἀπηλλάχθαι, v. id. 53, 3, 4. Ceterum aptius puto τῶνδε κακῶν cum ἀπηλλάχθαι conjungere quam, ut Wolff. velle videtur, cum ἐλεύθερος. Nam ἀπηλλάχθαι cum Ell. *liberari* verto, non cum Both. *abire*.

v. 401. τῷ τρόπῳ πόθεν; v. Kr. I, 51, 17, 10.

v. 405. Non sine causa Schoellium offendit, partim quod verbis ἆρ' ἔνδηλα καὶ σαφῆ λέγω; petulantia quædam elucet custodis, timori ejus manifesto minime congruens, partim quod hoc v. stichomythia, quam vocant, turbatur. Fortasse Sophocles pro ὅν συ v. 404 scripsit αὐτός et hic v. delendus.

v. 406. ὁρᾶται, v. Kr. II, 53, 1, 7.

v. 409. Articulus in fine senarii positus apud Soph. tribus tantum locis exstat: hic et O. C. 351 et Phil. 263. Alioqui semper, ubi articulus in priore, nomen in posteriore versu est, adjectivum vel particula interjicitur (Herm.)

v. 411. Præpositionem ἐκ multo melius explicare videtur Wund., quum dicit, in verbo καθῆσθαι inesse etiam notionem τοῦ κατασκοπεῖν, quam Schneid. his verbis: »wir setzten uns auf dem Hügel so nieder, dass einer, der von unten hinaus sah, glauben konnte, wir hingen von ihm herab» (!). Cf. Eur. Troad. 522 sq. ἀνὰ δ' ἐβόασεν λεὼς Τρῳάδος ἀπὸ πέτρας σταθείς. Hom. Od. 21, 419 sq. ἕλκεν νευρήν τε γλυφίδας τε αὐτόθεν ἐκ δίφροιο καθήμενος. Quem hujus præpositionis usum Krüg., quantum videre possum, in gramm. non tractavit. Paullo aliam I, 50, 8, 14. 17. — ὑπήνεμοι, quod mutare voluerunt Musgravius (προσήνεμοι) et Boissonadus (ἀπήνεμοι), bene se habet, quamquam neminem vidi ejus significationem plane explicantem. Hoc verbum nihil pertinet ad *odorem* cadaveris, sed dicit tantum, custodes colle eminenti a *vento* fuisse protectos. Sed eo ipso etiam factum est, ut odor corporis mortui ad eos deferri non posset, de qua re v. 412.

v. 412. Consentiunt omnes — iisque ego — præter Dind., Seyff., Both., non opus esse cum Stephano βάλῃ in βάλοι mutare.

v. 414. Quum constet, ἀφειδεῖν τινος apud Apoll. Rhod. et Strab. idem esse atque *negligere aliquem*, ἀφειδήσοι mihi videtur hic retineri posse et probari Hermanni explicatio, eodem redire φείδεσθαι πόνου (*non satis operæ adhibere*) et ἀφειδεῖν πόνου (*contemnere aut negligere laborem*). Comparari possunt ejusmodi verba, quæ duas habent significationes non modo dissimiles, sed pæne inter se contrarias, ut nostrum *spörja*. Blaydesius suspicatur, ἀφειδήσοι esse corruptum, sed emendatio Bonitzii ingeniosa ἀκηδήσοι eum fugisse videtur.

v. 417. καῦμα æque bene pro nominativo et pro accusativo haberi potest.

v. 418. οὐράνιον ἄχος, *calamitas divinitus orta* (Blomf.) = θεία νόσος v. 421. Ita O. C. 681 οὐρανίας ὑπ ἄχνας. Ceterum hæc verba et τυφὼς et σκηπτὸν respicere possunt.

v. 420. Hæc conjunctio ἐν δέ, ubi ἐν adverbialiter adhibetur, significans *inter hoc, simul*, apud Homerum et tragicos usitatissima est neque apud Herodotum insolita, sed apud atticos solutæ orationis scriptores non invenitur. Cf. El. 713.

v. 421. Quamquam ἔχειν sæpe verti potest *sustinere, perferre*, tamen nullum inveni locum, ubi ita vertatur necesse est. Nam ejusmodi verbis appositum ut ἄλγεα, ἄχεα, πένθος, πόνον, κακά, similibus æque bene simpliciter *habere* significat. Ejusdem generis El. 223. Phil. 1168. O. C. 537 esse videntur. Quare puto, h. l. εἴχομεν esse *arcebamus, abstinebamus* (a nobis), quæ verbi vis admodum usitata est.

v. 422. Hunc præpositionis ἐν usum, tempus, non quo procedente, sed quo exacto quid fit, significantis, non expresse attigerunt neque Krueg. in gramm. neque Ell. in lexico. Bene exposuit Pass in lex. et Buttm. ad Phil. 235. Cf. O. R. 613 ἐν χρόνῳ γνώσει τάδε. Eur. Phoen. 305. σὸν ὄμμα μυρίαις ἐν ἁμέραις προσεῖδον (*sexcentis interjectis diebus te conspexi*).

v. 423. Quæritur, utrum πικρὸς h. l. sit *acute sonans, querulus* an *moestus, tristis*. Illud præfero; nam hoc adjectivum, quum ad animi motus transfertur, *iræ* notionem habet, ut dicitur πικρὸς ἐχθρός, etiam πικρός τινι, et minime placet Seyfferti explicatio: *avis* διὰ τιμωρίαν *exacerbata est*. Fallitur schol., quum ad hunc v. dicit: τὸ φιλόστοργον τῆς κόρης διὰ τούτων ὁρᾶται. θάψασα γὰρ οὐκ ἠμέλησε δακρύων καὶ θρηνημάτων. Causa enim, cur lacrimaret Ant., longe alia erat, ut e vv. 426—428 apparet.

v. 424. *κενῆς* prædicatum est, quod vocatur, prolepticum. V. Kr. I, 57, 4.

v. 425. *εὐνῆς λέχος*. Apte comparantur *δεσμῶν πέδαι*, *θρήνων ὀδυρμοί*, *κοῖται λέκτρων*, quin etiam *κοίτας λέκτρον* et quæ ejusmodi congessit Porson. ad Hecub. 302.

v. 426. De particula *δὲ* in apodosi posita vid. Baeuml. p. 92 sqq.

v. 431. *χοαὶ τρίσπονδοι* e melle cum aqua (quod *μελίκρατον* vocabatur), lacte, vino constabant. Contra apud Hom. Od. 11, 27 *μελίκρητον* est mel lacte mixtum. — *τρίσπονδος* haud scio an addere potuerit Wolff. tabulæ *ἅπαξ λεγομένων* in p. 132 conscriptæ. — *στέφει*, non *honorat, consecrat*, ut Pass. velle videtur, sed ut schol.: *κύκλῳ περιρραίνει*.

v. 434. *ἐλέγχειν* propr. est *exprobrare, arguere*, ut Ell. h. l. vertit. Quæ exprobratio quum quærendo fieri possit, *ἐλ.* *quærere* quoque significat, quam vim ego hic volo subjectam. Deinde, quamquam, ut opinor, non apud Soph., est etiam *convincere*.

v. 436. Wolff. codicum *ἀλλ'* pro *ἅμ'* (conj. Dind.) defendere studet; sed si *ἀλλὰ* recte se haberet, necesse mihi videtur futurum fuisse, *ἀλγεινῶς* primum poni, quo oppositio efficeretur eorum, quæ antecedunt, in quibus manifesta apparet custodis lætitia.

v. 437. *πεφευγέναι*, v. Kr. I, 53, 3, 3.

v. 439. *πάντα ταῦτα*, quod in malum ducuntur amici, opp. *τῆς ἐμῆς σωτηρίας*. — *λαβεῖν*, v. Kr. I, 55, 3, 3. Cf. v. 523. Simillimus locus El. 1016.

v. 441. *κάρα* non objectum est, sed acc. absolutus.

v. 443. Multi hic animadverterunt magnitudinem et præstantiam animi Antigonæ, quæ hoc loco fortasse vel maxime elucet. Est enim hic, si quidem Antigonam respexeris, quasi caput atque summa rei et id, ad quod omnis hujus fabulæ actio referenda est: si hic inconstanti animo labat, jam omnia sunt perdita; sed nihil perterrefacta constanter omnia obit, quo factum est, ut omni ætati exemplum præbuerit innocentiæ animique magni et summa laude parata memoriam suam cum omni posteritate exæquarit.

v. 445. Blayd. et Both. *ἔξω* referendum putant ad *κομίζοις σεαυτόν*. Sed quum jam dictum est, custodi licere *qua vellet* abire, minus apte adderetur, cum *foras* se conferre oportere, quare *ἔξω* puto cum sequentibus esse jungendum. Ejusmodi pleonasmi satis sunt usitati. Cui non in mentem veniunt v. 399 sq.? — Ceterum cf. *πημάτων ἔξω πόδα ἔχειν*

(Aeschyl.), *τοῦ κακῶς πάσχειν ἔξω γίγνεσθαι* (Dem.), *ἔξω τῶν κακῶν* (O. R. 1390).

v. 446. Accusativus igitur ille, quem tractavit Kr. I, 46, 4, 2, non solum »von räumlichen Massangaben«, sed etiam translate, velut hic de tempore (sueth. pr.: *under lång tidsutdrägt*), usurpatur.

v. 447. Apud atticos monent veteres grammatici scribi debere *ᾔδη, ᾔδης, ᾔδησθα*, non *ᾔδειν, ᾔδεις, ᾔδεισθα, ᾔδει*, quamquam in codicibus sæpe etiam illorum exempla inveniuntur. — Blayd. hunc v. ita mutare vult: *ᾔδησθα κηρυχθὲν τὸ μὴ πράσσειν τάδε*, numero versus turbato.

v. 448. Hoc modo sæpius præsens verbi *μέλλειν* adhibetur, ut Xen. Hell. 4, 1, 6: *τὸν υἱὸν ἑώρακας αὐτοῦ; τί δ' οὐ μέλλω* (= *huru skulle jag annat?*) — Impf. h. l. ejusdem generis esse videtur, quod exposuit Kr. I, 53, 2, 7.

v. 449. *καὶ δῆτα* (= *καὶ δή*), v. Baeuml. p. 147.

v. 451. *Δίκην*, quæ Jovi assidet (*πάρεδρος, ξύνεδρός ἐστι* O. C. 1382) et eos, qui jus violant, coram eo accusat, tragici etiam apud inferos jura mortuorum tuentem faciunt; cum Furiis conjuncta est easque e Tartaro emittit, ut ab impiis poenam exigant.

v. 452. *τοιούσδε — ὥρισεν* est conj. Walckenarii. Laur. *οἳ τούσδ' ὥρισαν*, quod retinet Wolff. Sed etiamsi verba *τούσδε νόμους*, quod negat Seyff., explicatum habent, et quidem, ut mihi videtur, facillimum, at pluralis *οἳ — ὥρισαν* defendi posse non videtur. Minime defendit Wolff., v. 10 comparans (ubi vere »der Plural verallgemeinert«).

v. 454 sq. Illas *non scriptas firmasque deûm leges* Aristoteles Rhet. 1, 15 *τὸν κοινὸν νόμον, τὸ ἐπιεικὲς* appellat: *τὸ ἐπιεικὲς ἀεὶ μένει καὶ οὐδέποτε μεταβάλλει, οὐδ' ὁ κοινός* (*νόμος*)· *οἱ δὲ γεγραμμένοι πολλάκις.* Cf. Xen. Mem. 4, 4, 19 (*νόμοι*) *ἐν πάσῃ χώρᾳ κατὰ ταὐτὰ νομιζόμενοι.*

v. 455. Durissima est Erfurdtii interpretatio, qui hunc v. ad Antigonam referat, masc. *θνητὸν ὄντα* satis contorte defendens, nullo tamen simili loco allato. Apertum est, ad *θν. ὄνθ' ὑπ.* intelligi debere *σέ*, ex antecedentibus *τὰ σὰ κηρύγματα* sumendum.

v. 456. *νῦν κἀχθές*, ut *τὰ σὰ κηρύγματα.* — Similiter *χθὲς* (*τε*) *καὶ πρώην, πρώην* (*τε*) *καὶ χθές.* — In dictione *ἀεί ποτε* Pass. dicit magis confirmationem quam dubitationem (»Vermuthung«) inesse; cui assentior. Vertitur enim pr.: *in omni tempore, quod umquam fuit.*

v. 457. *οὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου* (int. *χρόνου*) *'φάνη*, schol.: *ἀρχὴν αὐτῶν οὐδεὶς οἶδεν.*

v. 458. *τούτων* (Kr. I, 47, 22) non leges respicit, ut plerique putant, sed, ut Wolff. monet, universe est dictum, ut sit = *τοιούτων ἀδικημάτων* et respiciat *τὸ ὑπερδραμεῖν τὰ θεῶν νόμιμα.*

v. 459. *δείσασα* non prædicative est dictum, sed appositum est subjecto (sueth.: *jag som icke fruktar*). — *ἐν θεοῖσι, diis judicibus* (Erf.). — *τὴν δίκην, justam ac debitam poenam* (Blayd.). V. Kr. 1, 50 2, 4.

v. 460. *ἐξειδέναι* est *perbene* s. *penitus scire.* — *τί δ' οὔ;* int *ἔμελλον ἐξειδέναι* (cf. v. 448).

v. 461. *τοῦ χρόνου* int. *τοῦ εἱμαρμένου* (schol.).

v. 462. Laur. *αὐτ'*, quod apud Soph. etiam Trach. 1010 legitur. Sane hoc verbo bona efficitur oppositio: tu mortem mihi minatus (*προυκήρυξας*) credis, id mihi malum videri; ego *contra* pro lucro habeo. Schneid. et Nauck. *αὖτ'* retinuerunt, ceteri in *αὔτ'* (= *αὐτά*) mutarunt.

v. 465. Minus recte Ell. hunc locum in eorum turbam conjecit, ubi *οὕτως qui quid fiat* l. *comparatum sit* dicat. Potius causalis quædam vis huic adverbio h. l. est inculcanda, ut sæpe fit (Blayd.: *wherefore, such being the case*).

v. 466 *παρ' οὐδέν*, v. Kr. I, 68, 36, 4. Quare hic exspectaveris *παρ' οὐδέν ἐστι* s. *παρ' οὐδὲν τίθεται* s. aliud quoddam verbum *æstimandi (nihil curo)*. Pro quo positum est *ἄλγος* (*ἐστί*), quod singularem quendam *modum* significat, quo Ant. mortem æstimaret. Quomodo igitur? Pro *dolore* haberet. Sueth. proprie vertas: *är för mig i ingen mån smärtsamt.*

v. 467. Wolff. *θανόντ'* mutavit in *θ' ἑνός τ'*, scilicet ne jungerentur *μητρὸς θανόντα* (= *a matre interfectum*). Sed multi sunt loci, in quibus bene recitando solum fieri potest, ut non falsa existat sententia. Ceterum *ἑνὸς* multo levius et debilius est, quam quod *μητρὸς* æquiparare possit; opus esset *πατρός*. Neque, etiamsi semper alias in hac fabula non alterius tantum, sed utriusque parentum fit mentio, eodem modo omnibus locis fiat necesse est; præsertim teneræ virgini convenit matrem commemorare, quæ ipsa Creontis erat soror. — Deinde *ἠνσχόμην* fere omnibus displicuit, et quidem jure, quippe exemplis non firmatum. Multi *ἐσχόμην* voluerunt; sed vid. v. 421 adn. (quod idem in *ἰσχόμην* cadit, præterquam quod *ἴσχειν* Sophocli non ultra præsens flectitur). Quare hic bonam puto Wolffii conjecturam *ἄταφον ἀνεσχόμην*. Ell. probat *ἂν ἐσχόμην*, sed *ἂν* hic nullum locum habet (v.

Kr. I, 54, 10). Ceterum quomodo metrum servare velit, nescio; *ἄθαπτον* enim retinet.

v. 468. *ἀλγεῖν*, dolere; *ἀλγύνειν*, dolore afficere.

v. 469 sq. Schoellio assentiri non possum hos vv. rejicienti. Nam si Ant., hactenus summisse locuta, ad extremum ore sublato et voce intenta indignationi indulgens acerbitate quadam in Creontem invehitur, quid mirum? Præterea *σχεδόν τι* paullo leniorem facit contumeliam.

v. 470 schol.: *οὐκ ἔστι περὶ ἐμὲ ἡ εὐήθεια, ἀλλὰ περὶ σέ.* — *ὀφλισκάνειν*, pr. *debere;* deinde *sibi contrahere* (velut poenam); *μωρίαν ὀφλισκάνειν* elliptice est dictum pro *δίκην* s. *αἰτίαν μωρίας ὀφλισκάνειν*, *crimen stultitiæ sibi contrahere* s. *subire.* Cf. v. 1028. Item *δειλίαν, ἀνομίαν, ἀμαθίαν ὀφλισκάνειν.* — *μώρῳ*, *stulto judice* (sueth.: *i en dåres ögon).*

v. 471. *δηλοῦν*, h. l. intr. *apparere.* — *τὸ γέννημα ὠμὸν* schol. h. l. expl. *τὸ σκληρὸν τοῦ φρονήματος*, et Ell. *γέννημα* vertit *genus et indoles ingenita.* Sed quum hoc verbum nusquam alibi hanc vim habeat, vereor, ne recte Wund. *τῆς παιδὸς* pro gen. explicativo putet, ita ut *τὸ γέννημα τῆς παιδὸς* idem sit aque *ἡ γεννηθεῖσα παῖς* (*γέννημα* = v. 627), quamquam durum est.

v. 473. *ἀλλά*, int. *εἰ καὶ ἡ παῖς οὐκ ἐπίσταται εἴκειν τοῖς κακοῖς.* — Ceterum observes, semet ipsum hic damnare Creontem.

v. 475. Conjunge *ὀπτὸν ἐκ πυρός*, *coctum* s. *exustum (et exemptum ex) igne. 'Εκ*, cf. v. 411. — *περισκελῆ (retorridum* ob eamque causam *durissimum* et *fragile)* prædicative est additum.

v. 478. Minime contemnenda est Musgravii conjectura *οὐ γὰρ εὖ πέλει (non enim expedit). 'Εκπέλει* nusquam alibi scriptum exstat. Hesychius tantum explicat (= *ἔξεστι*), fortasse hunc ipsum locum respiciens.

v 479. *'Ο πέλας* pr. est *proximus quisque,* deinde *quivis alius.* Quin etiam apud Herod. *τὰ τῶν πέλας κακά*, opponuntur *τοῖς οἰκηΐοις κακοῖς.* Attamen observavit Elmsl., *ὁ πέλας* singulari numero dictum adeo infrequenti usu esse, ut apud scenicos certe in dubium vocari recte possit. Cui repugnat Pass. in lexico.

v. 480 sq. *ὑβρίζειν* pr. est *superbe et contumeliose agere,* deinde omnino *peccare, sceleste agere.* — *τότε . . . . . . ὑπερβαίνουσα*, v. Kr. I, 56, 10, 3. *ὑπερβαίνουσα* igitur est imperfectum.

v. 483. *δεδρακυῖαν*, v. Kr. I, 56, 6, 4.

v. 484. *ἢ νῦν*, quod Blayd. vexavit, bene se habet. *νῦν* = *quo nunc res loco est* (eo res est progressa, ut .....).

v. 485. Ell. vertit: *si illi potestas fuerit*, plane perverse. *κεῖσθαι* cum adv. junctum idem est quod *εἶναι* cum adjectivo, addita tamen sæpius notione manendi. Hunc usum lexx. non bene explicant. *ἀνατὶ κείσεται* = *ἀτιμώρητα ἔσται*. — *ταῦτα κράτη*, schol.: *ταῦτα τὰ τολμήματα καὶ ἡ νίκη αὕτη*. Illud exemplis non firmatum, hoc h. l. ineptum; quam enim *victoriam* reportarat Antigona? Etiam Blayd. in hoc vocabulo hæret. Fortasse scriptum fuit *κάρῃ* (ita dat. fem. apud Theogn. et Nicandr.).

v. 486. *ἀδελφῆς*, v. Kr. I, 47, 5, 2. — *ὁμαίμων* = *ὅμαιμος* (v. 512). Certe probabilius est *ὁμαιμονεστέρας* quam *ὁμαιμονεστέρα*, ut concinnior fiat oratio. Et sic legit scholiasta.

v. 487. *ἕρκειος* s. *ἑρκεῖος* pr. *quod ad vestibulum* (*ἕρκος*) *pertinet*; deinde omnino *domesticus*. *Ζεὺς ἕρκειος*, *Jupiter penetralis* (Ov. *Jupiter Herceus*), in vestibulo aram habebat. H. l. illa verba universos *consanguineos et gentiles* significare apertum est (*πάντες οἱ οἰκεῖοι* schol.); id dubitatur, utrum *τοῦ Ζηνὸς* genitivus q. v. comparationis an idem sit atque *ἐκ τοῦ Ζηνός* (*ex tota domo mea*). Hoc Ell. cum Seidlero, illud ceteri omnes, quod equidem multo malo. Nam si Ellendtii sequeris interpretationem, verba *τοῦ Ζηνὸς ἑρκείου*, tanta cum vi pronunciata, admodum languida fierent, ac præsertim *παντὸς* sine ulla causa positum esset. Sufficeret *τῶν οἰκείων* v. t. qd. Ceterum recte quidem Ell. dicit, nullos homines propinquiores nobis esse posse quam eos, qui nostræ domus sint; sed hic Creon summo studio iraque abreptus ponit sumitve aliquid, quod tranquilla mente usus sumi non posse vidisset (Wund.).

v. 489. *μορόν*, v. Kr. II, 47, 13, 1.

v. 490. *τοῦδε βουλεῦσαι τάφου*, schol.: *λείπει ἡ περί*. Ceteris jure magis placuit, et *βουλεῦσαι* et *τάφου* pendere ex *ἐπαιτιῶμαι*, ita ut inf. epexegetice additus esset. Quod Wolff. unum offendit, quippe cui ipse infinitivi locus hoc impedire videatur. Neque ego ejusmodi exempla inveni. Quare proposuit *τάφους*, pro quo cur non æque bene, immo potius, *τάφου* scripserit, sane non intelligo.

v. 491. *καὶ* h. l. idem est atque *καὶ δή*, de quo v. Baeuml. p. 147. Sed pæne vereor, ne pro *νιν* scriptum fuerit *νῦν*. Nisi forte *καὶ* *etiam* interpretaris, quamquam ita assyn-

deton efficitur minus aptum. — ἔσω, i. q. ἔνδον. Similiter Aesch. Sept. 232 μένειν εἴσω δόμων. Eodem modo εἰς pro ἐν Thuc. 1,109 κατακλείειν εἰς νῆσον. — γάρ. Schneid. dicit, γὰρ causam inferre, cur Creon Ismenam putaverit sceleris compotem, et καί νιν καλεῖτε quasi interjectum esse. Potius credo, Creontem verba ἔσω ..... φρενῶν addere, tantum ut causam afferret, cur servos hortaretur, ut eam advocarent, iisque indicaret, ubi esset.

v. 493 sq. φιλεῖν, 1) *amare;* 2) *libenter facere;* 3) *sæpe facere = solere.* Cf. v. 722. O. C. 303 sq. πολλὰ ἐμπόρων ἔπη φιλεῖ πλανᾶσθαι. — πρόσθεν int. τοῦ σώματος. Schol.: πρὶν φωραθῆναι (int. τοὺς ἀνθρώπους). — κλοπεύς, *clam moliens.* Ita κλέπτειν Aj. 1137 (κλέπτειν κακά) i. q. λάθρα τεχνᾶσθαι. Ibid. 189 κλέπτειν μύθους i. q. ψεύθη λάθρα ὑφαίνειν. Deinde κλέπτειν etiam potest esse *fallere,* ut v. 681. κλοπεὺς h. l. prædicative et absolute est positum. Illud negat Erf., hoc Both., qui vertit: *perturbatio* (int. animi, in vultu gestuque apparens) *solet prius deprehendi proditrix eorum, quæ vafre in tenebris structa fuere.* Sed θυμὸς et κλοπεὺς ita verti posse, exemplis neque est firmatum neque firmari posse credo.

v. 495. καί, quod in χὤταν inest, referendum puto, non ut Schneid. vult, ad ἁλούς, sed ad totam enunciationem ὅταν ..... θέλῃ, ut hæc fiat sententia: odiosum mihi est, non solum si quis in occulto (ut Ism.) nefarie agit, sed *etiam* si quis (ut Ant.) honesta specie res turpes tegere conatur.

v. 496. ἔπειτα, v. Kr. I, 56, 10, 3. — τοῦτο spectat τὸ ἐν κακοῖσιν ἁλῶναι (v. Kr. I, 58, 2, 8). Aptius videtur ταῦτα (quod proposuit Blayd.), ad κακὰ referendum. — καλλύνειν est *honestam speciem rei inducere* (non *gloriari*).

v. 498. ἐγὼ μὲν οὐδέν, int. ἄλλοι δὲ ἄλλο θέλοιεν ἄν.

v. 500. ἀρεστὸν οὐδέν, v. Kr. I, 58, 2, 6. — Schneid. affert ἀρέσαι τί τινι *(aliquid alicui probare),* quod lexx. ignorant. Apud Eur. contra invenitur ἀρέσκειν τινά τινι, *satisfacere alicui (placare aliquem) aliqua re,* unde pass. ἀρέσκομαί τινι, *mihi aliqua re satisfit.* Nonnullis (Herm., Elmsl., Ell., Blayd.) h. l. displicuit ἀρεσθείη, et mutarunt alii aliter. Sed apud Herod. leguntur ἀρέσκεταί τίς τινι *(placet aliquis alicui)* et τοῖσι ταῦτα ἀρέσκεται.

v. 501. Kr. igitur I, 56, 4 addere potuit φῦναι.

v. 503. κατέχειν, *potiri, consequi,* etiam O. C. 381. Phil. 690.

v. 504. De hoc versu mire disputat Schneid., quum

codicis L. ἁνδάνει defendere studet, quasi directe esset interjectum. Ita, ut cetera omittam, τοῦτο nullum sensum habet. Quare ἁνδάνειν necessariam puto esse apographorum emendationem. Quod autem dicit idem, necesse esse τούτοις πᾶσι (= ὑπὸ τούτων πάντων) cum λέγοιτ' ἂν conjungere, valde errat; aptissime et proxime ad ἁνδάνειν pertinent hæc verba, quamquam etiam ad λέγοιτ' ἂν sunt intelligenda.

v. 506 sq. Sane doleo, quod mihi non contigit cognoscere, quibus commotus causis Jacobus hos vv. secluserit. Mihi bene quidem abesse posse videntur, attamen sententiarum connexum minime perturbare. Nam cum antecedentibus bene cohærent; et v. 508 verba τοῦτο ὁρᾷς puto non singulare quiddam spectare eorum, quæ antecedunt (velut schol.: τὸ ταφῆναι τὸν Πολυνείκη), sed omnino vertenda: *ita sentis, ita existimas* (int. ut supra v. 502—507 dixerat Ant.; sueth.: *du har sådana åsigter*). Sine ironia hi versus accipi non possunt, ut vult Wolffius. Neque mihi sufficiunt causæ ab eodem allatæ, cur choro tribuendi essent. Nam si concinnitas efficeretur cum v. 471 sq., a choro interjectis, hi post 496 sequi debebant. Antigona minime chorum ad loquendum hortatur; contra dicit, φόβον ἐγκλῄειν τὴν γλῶσσαν αὐτῶν. ὑπίλλειν στόμα (v. 509) potest etiam significare *tacendo linguis favere* (ita Buttm. in lexil.), et Creon falsa ductus opinione v. 508, 510 dicit, chorum a se stare. — αὐτῇ (τῇ τυραννίδι) i. e. τῷ τυράννῳ.

v. 509. Verborum ὑπίλλουσι στόμα maxime placet Hemsterhusii explicatio: *tibi subjiciunt, subvolvunt quasi atque adeo obnoxie habent os dicendique libertatem.* ὑπίλλειν enim pr. est *subvolvere* (cf. ἴλλειν v. 341). Cui explicationi non repugnat, quod supra diximus. Ita etiam schol.: διὰ σὲ τὸ στόμα συστέλλουσι καὶ σιωπῶσιν. Ducta est similitudo de canibus, qui ob metum οὐρὰν ὑπίλλειν dicuntur.

v. 510. χωρὶς φρονεῖν τινος est quidem, ut Schneid. dicit, *aliarum partium, alius factionis esse;* sed h. l. bene propriam significationem *dissentire ab aliquo* retinere potest.

v. 511. γὰρ igitur non solum in affirmantibus responsis locum habet, ut v. 450 (v. Baeuml. p. 72. d.), sed etiam in negantibus, ubi ipsam negationem ex interrogato perspicere licet.

v. 514. χάριν, v. Kr. I, 46, 6. τιμᾶν χάριν, *beneficium honorifice præstare.* ἐκείνῳ e δυσσεβῆ pendet. »δυσσεβῆ χάριν τιμᾶν oxymoron habet pro ἀσεβεῖν εἰς» (Ell.).

v. 515. *ὁ κατθανὼν* nulla mutatione (*ὁ κατὰ χθονός*) eget; e sententia satis apparet, utrius fratrum fiat mentio. Nam cui Creon dixerat (v. 514) injuriam esse illatum, ejus, nullo modo alterius, opus erat testimonio.

v. 516. *ἐξ ἴσου τῷ δυσσεβεῖ* i. e. *οὐ πλέον ἢ τὸν δυσσεβῆ*.

v. 517. *δοῦλος* et *ἀδελφὸς* prædicative sunt posita; subjectum est *ὁ δυσσεβὴς, Πολυνείκης*.

v. 518. V. ad v. 392.

v. 519. *τοὺς νόμους ἴσους*, *suis* (*τούς*) *legibus* (de sepultura) *eodem modo pro omnibus obtemperari*.

v. 520. *ἴσος* (in quo h. l. non solum *similitudinis*, sed etiam *æqui, recti* notio inest) h. l. eodem modo est usurpatum, quo *δίκαιος* v. 400. — Pro objecto verbi *λαχεῖν* puto debere intelligi non *τοὺς νόμους* (ut Seyff., Herm.), sed omnino *res* v. t. q. (h. l. sepulturam), ut vertit Wund.: *non convenit, malum idem consequi atque bonum*.

v. 523. Hoc versu miror num pulchriorem quendam et præclariorem tota antiquitas tulerit. Hæc una linea satis est ad excelsum Antigonæ animum penitus cognoscendum. Atque omnino ultra venire haud potuerunt veteres. Neque minus præclara est schol. explicatio: *τὰς φιλίας κοινὰς ποιοῦμαι, ἀλλ' οὐ τὰς ἔχθρας*.

v. 525. Hic v. indicio est, quam levibus ductus argumentis Schoell. quævis pæne verba sibi ejicere posse videatur. Hunc enim versum spurium esse putat, quod verba *ἐμοῦ* ..... *γυνὴ* hic inepta et aliena essent. Non vidit sagacissimus vir, hæc verba aptissima ac pæne necessaria esse, ut sermo subito præcidatur. Quod autem attulit, stichomythiam turbari (cf. v. 405), hic nullius momenti est, ubi finitur.

v. 526. *καί μήν*, v. Baeuml. p. 157. Eodem modo tantum *μὴν* (antecedente *ὅδε*) v. 626. (*ὅδε γὰρ*) *δὴ* v. 155.

v. 527. Codd. habent *δάκρυα λειβόμενα* s. *δάκρυα λειβομένα*, quod numero repugnat. Quum *δάκρυ* hic illic collective adhibeatur, et *εἴβειν* nusquam alibi a tragicis scriptum sit, optimum est *δάκρυ λειβομένη*. Tum *φιλάδελφα* explicatur secundum Kr. I, 46, 5, 4. Blayd.: *tears of affection for her brother*, quod post vv. 39—68 recte se habere non potest.

v. 528. Seyff. dicit, se et collocatione præpositionis et attributo *αἱματόεν* per se admodum ambiguo commotum esse, ut *ὑπεραιματόεν* scriberet. Collocatio nihil habet difficul-

tatis, nam ejusmodi sunt multa. V. v. 932 et Kr. II, 68, 4, 2. Et si ὑπεραιματόεις (quod ἅπ λεγ. esset) de colore faciei adhiberi potest, ut indignabundum animum significet, idem etiam αἱματόεις posse necesse est. Both. hoc quidem negat; sed etiamsi nusquam alibi eo sensu dicitur αἱματόεις, non video, cur hic fieri non possit. Nam facillima est translatio. Testante Wolffio Leonidas Tarentinus eam habet.

v. 530. Hic v. optime indicat, quid sit νεφέλη v. 528. Est enim tristis vultus, quo obducitur facies lacrimantium. Elegantissime igitur Schneid. comparat nubem, quæ in summo monte manens imbres effundit. E quo ipso similitudo est ducta.

v. 531. ὑφιέναι τινὰ est *submittere, subornare aliquem* fallendi causa; Med. igitur *clam immitti* i. e. *subrepere*. Ceterum omnibus in linguis serpentem credo falsi et perfidi imaginem esse.

v. 532. ἢ . . . . . ἐξέπινες, οὐδ' ἐμάνθανον, v. Kr. I, 59, 2, 6.

v. 533. Abstracta pro concretis, v. Rost. p. 428 sq.

v. 535. ἐξομνύναι, *jurejurando negare*.

v. 536. E Kr. I, 69, 23, A. et exemplis ibidem allatis apparet, εἴπερ non solum *si quidem* (rei factæ indicem) esse, sed etiam *si modo* (ut id, quod ponitur l. sumitur, significet). Eodem modo Baeuml. p. 202 sqq. rem exposuit. Quare hic verto: *modo illa id, quod dico, confirmet*, non cum Wolffio: *si quidem utraque nostrum idem sentit*. Nam et ita contortior fit versio, et origo vocabuli ὁμορροθεῖν indicat, hoc verbum in se habere notionem τοῦ συμφωνεῖν (Hesych.; cf. v. 259).

v. 537. τῆς αἰτίας et e ξυμμετίσχω et e φέρω (v. Kr. I, 47, 15, 3) pendere censeo.

v. 538. ἐᾶν cum duobus accusativis, nisi quum res neutro pronominis est expressa, jungi non potest. V. Kr. I, 46, 5, 9.

v. 539. κοινοῦσθαι (Med.), vulgo *participem esse*; h. l. *participem sibi facere* (aliquem).

v. 540 sq. De αἰσχύνομαι cum participio aut infinitivo jungendo v. Kr. I, 56, 6, 4. 5.

v. 542. Non credo opus esse statuere, ut statuit Wolff., pron. rel. hic positum esse pro interrogativo. Nam ad ξυνίστορες simul audiri potest correlatum q. v. relativi, τούτων, et sententia sic explicari: *Ἅιδης χοἰ κάτω ἴσασι (γιγνώσκουσι) τούτους, οἳ τοῦτο τὸ ἔργον πεποιήκασιν.*

v. 544. *τὸ μή* (v. Kr. I, 67, 12, 4), quia *ἀτιμάζειν* negativam vim habet; inest enim notio *vetandi*.

v. 545. *ἁγνίσαι*. Schneid. putat, Ismenam hoc spectasse, ut ipsa *ἁγνή* (*culpæ expers*) esset. Sed tum debebat scriptum esse *ἐμὲ ἁγνίσαι*, nam *ἁγνίζειν* est *ἁγνὸν ποιεῖν*. Rectius Wolff. censet, *ἁγνὸν* dici mortuum, qui sepulturæ compos factus est, assentiens igitur scholiastæ, qui dicit: *ἁγνίσαι, ἀντὶ τοῦ τιμῆσαι*. Quod etiam confirmatur Eur. Suppl. 380. Heracl. 265, ubi *μιαίνειν* pro *ἀτιμάζειν* usurpatur (Musgr.).

v. 546. *θιγγάνειν* sæpissime cum genitivo jungitur.

v. 548. *τίς βίος*, pr. *quæ vita?* i. e. *qualis debet vita esse, ut mihi cara sit?* — *λείπεσθαί τινος*, *relinqui, deseri ab aliquo*.

v. 550. *ταῦτα*, cf. v. 538. — *ὠφελουμένη*, v. Kr. I, 56, 13, 1.

v. 551. Codd. et Wolffium sequor, qui habent: *ἀλγοῦσα μὲν δῆτ', εἰ γέλωτ' ἐν σοὶ γελῶ*. *ἀλγοῦσα μὲν δῆτ'* int. *ἀνιῶ σε* (non *οὐδὲν ὠφελοῦμαι*, ut monet Wolff.). *εἰ* recte explicavit Wolff., afferens Kr. I, 65, 5, 7. *γέλωτα γελᾶν*, v. Kr. I, 46, 5. Non audeo Ellendtio assentiri, quum dicit: »irridendi in verbo, risus in nomine significatio inest.« Ad ejusmodi accusativum sæpe additur aliquid, quo accuratius definitur; ita hic additum est *ἐν σοί*, quod explicandum e Kr. I, 68, 12, 4.

v. 552. *ἀλλὰ* (*saltem*) ad *νῦν* tantum pertinet. Simillimus est locus El. 411. De sensu cf. v. 39 sq. Apparet Ismenæ timidum et inconstans ingenium.

v. 554. Ad id, quod proposuit Kr. II, 47, 3, 2, addidit Wolff., apud tragicos *οἴμοι* cum genitivo jungi omnino substantivorum, adjectivorum autem et pronominum, tantum quum secundam aut tertiam personam spectent. Quare *ταλαίνης* v. 82 de Antigona intelligit. — *κἀμπλάκω*, *ne hoc quidem mihi continget, ut particeps fiam . . . . ?*

v. 556 non ad proxima verba (*ἐγὼ δὲ κατθανεῖν*) refertur, ut volunt Ell. et Blayd. et Wund. in ed. prima (*λόγοι* enim non potest esse *admonitiones*), sed ad *σὺ . . . . . ζῆν*. *λόγοι* est *rationes, causæ*. Pr. *rationibus meis non indictis* i. e. causas attuli, cur ita facerem. De *ἐπὶ* v. Kr. I, 68, 41, 7.

v. 557. Certissimum jam existimari potest id, quod legit schol.: *καλῶς σὺ μὲν σοί*, a Seyff., Dind., Wolff. receptum. Dicit Wolff., proprie requiri *ἐγὼ δέ*. Quod si scrip-

tum esset, usurpari non potuisset τοῖς, sed opus esset τούτοις (v. Kr. I, 50, 1; quæ enim II, 50, 1, 4 idem attulit exempla O. T. 200 et Phil. 142 in choro leguntur). τοῖς δὲ recte explicat Wund.: diis inferis manibusque Polynici.

v. 558. καὶ μήν, cf. v. 526. Ut enim indicat novam personam in scenam prodeuntem, ita h. l. Ismena his verbis novum affert argumentum. Ad hunc v. schol.: ὅτι σὺ μὲν ἔπραξας, ἐγὼ δὲ συνῄδειν.

v. 560. Credo, verba ὥστε τοῖς θανοῦσιν ὠφελεῖν (*ut jam nemini nisi mortuis utilis esse possim*) ad id spectare, quod dixerat Ismena, sibi Antigona mortua vitam misserrimam fore (v. 548). Ad quod Ant.: »equidem», inquit, »jam dudum mortua sum, quare tibi posthac nihil utilitatis afferre possim.»

v. 561 sq. τὼ παῖδε τώδε — τὴν μὲν — τὴν δέ, v. Kr. I, 57, 8, A.

v. 563 sq. βλαστεῖν (præsentis usus apud Soph. rarissimus est), *natura genitum esse.* Cum accusativo jungitur Aj. 760 sq.: ἀνθρώπου φύσιν βλαστών. Ceterum perversam hic esse scholiastæ interpretationem (νοῦς = κακὸς νοῦς et ἐξίσταται = μεταβάλλεται), animadvertit Wund.

v. 564 sq. Apertus hic est verborum lusus: v. 564 κακῶς πράσσειν = *adversa fortuna conflictari;* v. 565 πράσσειν κακά = *nefarie agere.*

v. 566. βιώσιμος, pr. *ad vivendum utilis;* quare βιώσιμόν ἐστι non prorsus idem est atque *vivendum est*, sed recte hunc locum vertit Ell.: *num quid est, quod ut vitam tolerare velim efficiat?*

v. 567. ἥδε. Additur in ejusmodi positione plerumque articulus; v. Kr. I, 50, 6, 11. ὅδε est is, qui adest; Antigona autem, quippe quæ pæne mortua sit, jam non adest.

v. 568. νυμφεῖος pr. est adjectivum. A quo substantive dicuntur τὸ νυμφεῖον, *thalamus nuptialis* v. 891. 1205. τὰ νυμφεῖα (int. ἱερά) *nuptiæ* Trach. 7; h. l. *sponsa.*

v. 569. ἀρώσιμος, alioqui semper ἀρόσιμος. Eadem translatio verbi ἀροῦν ad connubium invenitur O. T. 1485. 1497.

v. 570. Ita inveniri apud Soph. solum δεδογμένα (v. 576) dicit Kr. II, 44, 3, 9. Hoc addendum. ἁρμόζειν de connubio apud Herod. ἁρμόζειν τινὶ τὴν θυγατέρα (*despondere*), Pind. ἁρμόζειν κόρᾳ νυμφίον. Med. apud Herod. ἁρμόσασθαι τὴν θυγατέρα τινός (*sibi despondere*).

v. 571. υἱέσι, v. Kr. I, 48, 4, 1.

v. 572. Gravissima causa, cur hic versus Antigonæ tri-

buendus esset, σὸν in versu sequ. esse videtur. Quod tamen bene schol. explicavit: *τὸ ὑπὸ σοῦ ὀνομαζόμενον (nuptiæ, quas crepas* Br.). Dicit Seyff., hoc uno versu Antigonam amoris sui erga sponsum mentionem facere; sed facit, etiamsi non verbis, tamen totam per fabulam omni se gerendi ratione. Quæ enim dicat, se etiam inimicos diligere, quanto in sponsum amore flagret necesse est! Quin ipso silentio indicat, penitus insitum ac prope sanctum quiddam esse suum amorem, ita ut cuivis in lucem proferri non debeat. Cf. tamen vv. 814—816, 867, 876, 917 sq. Si v. 572 Antigonæ tribuitur, vicissitudo dialogi inter Creontem et Ismenam habiti turbatur, quomodo nusquam alibi eam turbatam reperi. Aliud est, quum verba chori inseruntur, quod non raro fit.

v. 574 a choro dictum puto, quippe qui, si ab Ismena dictus esset, iteratio tantum esset satis languida ejus, quod v. 568 interrogavit. Quod autem dicit Wolff., choro non convenire contra dicere et misericordiam verbis exprimere, fallitur. Simillimum v. v. 770. Cf. etiam v. 278 sq. Neque turbatur stichomythia, ubi nemo loquens inter alios inseritur.

v. 575. Ingeniose hic animadvertit Seyff.: »hæc aliter eveniunt, atque Creon ipse voluit. Morte enim non ipsi (Hæmon et Antigona) inter se, at a Creonte divulsi sunt cum summo ejus dolore.»

v. 577. *μὴ τριβὰς ἔτ'* int. *ποιεῖτε*. Contra nos, quum sueth. dicimus: »*intet dröjsmål mer!*», nominativo utimur.

v. 578 sq. Ingeniosissima in hoc vexato loco est Seyfferti conjectura *εὖ δετὰς δὲ χρὴ* retenta ceterum codicis L. scriptura *γυναῖκας εἶναι τάσδε μηδ' ἀνειμένας*. Atque iis, quæ sequuntur v. 580 sq., mirum in modum confirmatur. Sed merito contra dicit Wolff., vincula virgines, et quidem regias, minime decere, et præterea nusquam in tota fabula, ne in querela quidem Antigonæ, eorum fieri mentionem, quod sane mirum esset, si re vera catenæ iis essent injectæ. Quæ difficultates expediuntur, si pro *χρή* legeris *χρῆν*, addita una literula. Quippe Creon ira inflammatus id dicit fieri debere, quod tamen non facit. Quod autem dicit Wolff., adj. *δετὸς* apud scriptores non inveniri, Pass. saltem et Jacobitz & Seiler in lexx. receperunt.

vv. 582—625. Metrorum, quibus in pulcherrimo hoc carmine Soph. usus est, descriptionem in qualibet pæne editione videre licet. Equidem Dindorfium potissimum secutus sum.

v. 585. *γενεᾶς πλῆθος* melius vertit Schneid.: »*Fülle*

des Geschlechts» quam explicavit: »so dass es nicht bei einer γενεὰ stehen bleibt, sondern ἕρπει ἐκ γενεᾶς εἰς γενεάν. »Quæ explicatio γενεῶν requirit (quam ob causam Blayd. γενεᾶν scripsit). Sed hic poëta omnes γενεὰς quasi in unam γενεὰν complectitur, et πλῆθος γενεᾶς est id tempus, ubi gens quasi plena (perfecta et absoluta) i. e. jam nulla sit. Quare πλῆθος hic non est *multitudo* (quod pluralem requireret aut collectivum, velut χρυσοῦ), sed (ut cum Plinio dicam) *plenitudo* (πλήρης = *plenus*), prorsus eodem sensu dictum, quo πλήρωμα N. T. Rom. 11, 25.

v. 586 sqq. Non jungenda sunt ὅμοιον ὥστε ὅταν οἶδμα ἐπιδράμῃ....., sed ὅμοιον ὥστε οἶδμα, ὅταν ἐπιδράμῃ....., κυλίνδει....., ita ut ὅταν (οἶδμα) ἐπιδράμῃ protasis sit. — ποντίαις, quod legit schol., retinendum puto. Nam et ipsa attributorum coacervatio in ejusmodi oratione elegans est, neque ordo verborum in choro difficultatem præbere debet, neque inane est ποντίαις, quum primo loco positum similitudinem quasi inducit. — ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ verius vertit Wund.: *tenebras marinas percurrerit*, quam explicavit schol.: ἐκ βάθους κινήσῃ τὴν θάλασσαν.

v. 590 sqq. θὶς h. l. est *limus et arena, quæ in fundo maris sunt.* E qua significatione ductum est Aristophanis illud (Vesp. 694): μοῦ τὸν θῖνα ταράττεις, *penitus animum meum perturbas.* A codicum lectione, quam tuetur Dind., recedendum non puto. Nam si dici potest δυσάνεμοι ἀκταί (*litora ventis opposita*), æque bene θὶς δυσάνεμος (= θὶς ὑπὸ τῶν ἀνέμων ταραχθεῖσα, schol.) defendi posse videtur.

v. 593 sq. L. habet φθιμένων, quod retinuit Wolff., statuens, in antistr. duas breves syllabas pro una longa esse positas. Quod si vitare vis, scribas cum Schneid., Wund. (Dind. 1857) φθιτῶν, quod tamen ipsum cum stropha non diligenter congruit, nam ι habet breve. Optima effici videtur sententia hoc modo: *video antiqua quæ in domo Labdacidarum versantur mala malis mortuorum accedentia*, ita ut *antiqua* idem valere putes atque *eodem genere quo antea fuerunt* i. e. *antiquis similia* (ut nos dicimus »de gamla sederna», »den gamla enkelheten», talia). πίπτοντα igitur prædicative est positum, ἀρχαῖα non item. Verum quidem est, ita scribi debuisse τὰ ἀρχαῖα, sed v. Kr. II, 50, 11. Seyff. conjecit ἐκφύντων pro φθιμένων, sed mirum sane est, mala, quæ in domo Labdacidarum antiquitus versantur, in mala cadere postgenitorum. Potius exspectaveris, mala postgenitorum in antiqua mala cadere.

Labdacus pater erat Laji.

v. 596 sq. Seyff. unde arripuerit, in verbo *ἐρείπειν* imaginem inesse *subruendi*, non intelligo. *ἐρείπειν* propriam significationem habet *prosternendi* et hic, præsertim antecedente *πίπτειν*, optime se habet. Ex *οὐδ' ἀπαλλάσσει γενεὰν γένος* objectum ad *ἐρείπει*, subjectum ad *ἔχει λύσιν* (= *λύεται* int. *πημάτων*, Wund.) est repetendum. V. Kr. I, 51, 5, 3.

v. 599 sqq. Locus multis modis vexatus. Pro *κοπὶς* (quod invenisse dicuntur et Reiskius et Askewius et Jortinus) L. habet *κόνις*, quod, si *καταμᾷ* retinetur, nullo modo defendi potest. Hunc locum copiose tractavit E. Buchholz in »Neue Jahrb. für Philologie und Pædagogik» 1857. p. 345 sqq. Quem offendit *κοπὶς καταμᾷ φάος*. Sed concedit ipse, in *ἀμᾶν* inesse posse notionem *τοῦ ἀπολλύναι, διαφθείρειν*, et *διαφθείρειν φάος* nihil habet offensionis. Quod idem proposuit *σκοτοῖ* pro *κατ' αὖ* et *ἅμα* pro *ἀμᾷ* retento *κόνις*, multas ob causas mihi displicet. Nam et *σκοτοῖ* a codicum scriptura nimis abhorret et admodum languidum est (requiritur enim significatio prorsus *exstinguendi* l. *delendi*), et *φοινία κόνις τὸ φάος σκοτοῦσα* quid sibi velit, non intelligo. Melior sine dubio est a Seyff. recepta Th. Kockii conjectura, *θάλος* pro *φάος* scribentis, quod præsertim ad *ῥίζας* et *καταμᾷ* accommodatissimum est. Sed unam habet difficultatem. Nam ita necesse est *ἐσχάτας ῥίζας* de Oedipo et Jocasta accipere, qui tamen, quum Antigona et Ismena (*θάλος*) iis essent superstites, *ἔσχατοι ἐν Οἰδίπου δόμοις* jure vocari non potuerunt. Quare in Dindorfii lectione . . . *ὃ τέτατο φάος* . . . . . *κατ' αὖ* . . . . . *ἀμᾷ κοπὶς* . . . . . subsisti potest. Certe durum et necopinatum est *κοπὶς καταμᾷ φάος*, sed ejusmodi ex una imagine in alteram transitus inest etiam in *ἄγευστος αἰὼν* v. 582. Attamen facile ista duritia vitari potest, qua ratione vitavit Schneid., qui pro *ὃ τέτατο* scripsit *ἐτέτατο* (neque *ὃ* in L. invenitur), post *δόμοις* assyndeton statuens, quod hic molestum non esse, aperte demonstravit Buchholz l. l. (»copula *ἐμφατικῶς* omissa»: Erf.). Ita enim *νιν* ad *ῥίζας* trahi potest, quod longe optimum est. Qui iidem (Schneid. et Buchh.) *φάος* recte explicant, ut significet spem illam lætissimam, quam in Antigonæ et Hæmonis foedere conjugiali virgines collocarint.

Restat, quod Seyff. dicit, *λόγου ἄνοιαν* non posse verti *dicendi imprudentiam*, sed ad hanc versionem opus esse *λόγων*. Sed sæpe *λόγος* ita usurpatur, ut indicet non singulare quoddam dictum, sed omnino verba dicta. Ita Attici: *λόγον*

ποιεῖσθαι, λόγον ἔχειν (λόγος ἐστί, γίγνεται) περί τινος. Ceterum *λόγος* hic etiam potest esse *dictum* quodlibet. Cf. vv. 1245. 1287. Ut ego vertunt etiam Wund. et Blayd.

v. 605. Codicum *κατάσχοι* defenderunt Seyff. et Kr. II, 54, 3, 8.

v. 606. *τάν*. Quem tractavit Kr. II, 50, 2, 7 articuli usum, is igitur etiam apud Soph. invenitur. — Cum Dind. *παντογήρως* retineo, quod justo levioribus argumentis Seyff. improbat. Dicit enim, somnum neque decrepitum esse neque omnia ad senium adducere. Quod concedo, neque eo magis somnum *παντογήρων* appellari non posse. Nam e senio ad debilitatem facillimus est transitus. Quare recte expl. schol.: *ὁ ἀσθενείας παραίτιος· ἀσθενοῦμεν δὲ τῇ γλυκείᾳ προσβολῇ τοῦ ὕπνου κατεχόμενοι.* Accedit, quod *παντογήρως* aptissime *τῷ ἀγήρως* (v. 608) opponitur.

v. 607 sq. Levior videtur Hermanni emendatio *οὔτε θεῶν ἄκματοι* quam Dindorfii *οὔτ' ἄκοποι θεῶν νιν.* Præterea *νὶν* post *τὰν* me offendit; nullum enim vidi ejusmodi exemplum, nisi ubi idem objectum repetitum est. Sed valde displicet *θεῶν μῆνες*, hic præsertim, ubi Jovis majestas, ipsius temporum dispensatoris, præ ceteris esset laudibus efferenda. Quare Bothii scripturam amplector *θέειν ἄκματοι.* — Ceterum metrica ratio me coëgit pro *μῆνες* sueth. *ἂν* adhibere.

v. 611 sqq. Dind. (præf. p. IX) ex annotatione scholiastæ putat, *τὸ ἔπειτα* dictum esse pro *τὸ νῦν*, sed concedit ipse, id fieri non posse, nisi ad *τὸ πρὶν* vel *τὸ πρότερον* referatur. E quo effici puto, *τὸ ἔπειτα* nullo modo *τὸ νῦν* valere posse, nisi *τὸ πρὶν* vel *τὸ πρότερον* *antea* positum sit; quod nisi ita est, is qui legit, nihil aliud habens, quo referat, ad id, quod sibi proximum sit, *præsens tempus* dico, referat necesse est; quare censeo, *τὸ ἔπειτα* h. l. nihil aliud significare posse quam *quod proximum est temporis futuri* (ita Ell., Pass., J. & S., Schneid., Seyff.). — *ἐπαρκεῖν* Wolff. et Wund. contendunt non posse esse *valere, firmum certumque constare,* quam significationem tamen recte Ell., Schneid., alios huic verbo tribuere, eo effici videtur, quod apud Plut. vim habet *suppeditandi.* Sed futurum cum *τὸ πρὶν* convenire, vereor, ut quis mihi persuadere possit. Omnibus ejusmodi locis a Schneid. allatis præsens invenitur, quod longe aliud est. Si scriptum esset *καὶ τὸ πρὶν καὶ τὸ ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον*, futurum tolerari potuisset; nunc non item *τὸ πρὶν* retento. Aut igitur cum Musgr. scribendum . . . . .

μέλλον, ὡς τὸ πρίν, ἐπ. . ., aut cum Seyff. in *τὸ πάλιν* emendandum puto, et ita t temporis futuri spatia chorum describere. Mirum etiam e..,.t, si duobus verbis indicatum esset futurum tempus, uno præteritum, nullo præsens. — Wolff. scripsit *ἐπαρκέσαι*, ut sit finaliter e *κατέχεις* pendens et trans. vim habeat *(sustinere, tueri)*; deinde post *νόμον* puncto distinguit. Qua in emendatione id unum me offendit, quod *νόμον* ita nude positum vix ullam dat sententiam et articulum necessario requirit.

v. 613 sq. Dind. lacunam indicavit, verba *οὐδὲν ἕρπει* e v. 618, *ἐκτὸς ἄτας* e v. 625 sumta esse statuens. Certe admodum insolita est repetitio, neque tamen repetitionibus caret hic chorus; v. *γενεὰ* vv. 585. 596. *δύνασις* et *δυνάστας* 604. 608. *κατέχειν* 605. 609. Adde *ἄταν* etiam v. 624 et *ἕρπειν* v. 585. Quum tamen vix retineri possit quod habent codd.: *οὐδὲν ἕρπει θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας*, optime legi puto: *οὐδὲν ἕρπει θνατῶν βίοτος πάμπολυς ἐκτὸς ἄτας*, ut *οὐδὲν* adverbialiter sit positum et *πάμπολυς* proxime accedat ad lat. *tantus* (sueth. *ett helt långt menniskolif, ett menniskolif, så långt det är* vel *till hela sin längd)*. Tædet enumerare, quot hic facti sint emendandi conatus.

v. 617. *ἀπάτα ἐρώτων* alii aliter explicant. Pass.: »*eine durch Begierden bewirkte Täuschung*» (quod placere videtur Wolffio, *ἐρώτων* gen. subj. appellanti); contra Schneid.: »die *ἀπάτα* der *ἐλπὶς* erzeugt die *κουφ. ἔρωτας*.» Mihi quidem (ut Blaydesio) *ἀπάτα* videtur h. l. prorsus eodem modo dictum esse, quo v. 630, ut sit *spes vana*.

v. 618. Mire Wolff. et Blayd. *οὐδὲν* pro subjecto verbi *ἕρπει* putant, quo prorsus falsa exsistit sententia. Recte Wund. *εἰδότι οὐδὲν* vertit *nihil sentienti*. Subjectum est *ἀπάτα* vel *ἐλπὶς ἀπάτα οὖσα*.

v. 620. *σοφίᾳ*, v. Kr. I, 48, 15, 17.

v. 622. *ποτὲ* h. l. Pass. recte vertit *interdum, haud raro, sæpius* et apte comparat Kr. I, 51, 16, 10.

v. 625. Propria vocabuli *ὀλιγοστὸς* significatio apparet in *ὀλιγοστὸς ἧκε*, *cum paucissimis venit*, opp. *πολλοστός*. Hic idem est atque *ὀλίγιστος*. — *ἐκτὸς ἄτας* adverbialiter est dictum, v. Kr. I, 46, 5, 11.

v. 629. *τάλις* sine dubio ad *θάλλειν*, *θῆλυς* est referendum. — *μόρον. ἄχνυσθαι* (ut *ὑπεραλγεῖν* v. sq.) sæpissime cum gen. jungitur (v. Kr. II, 47, 21, 1), rarius cum dat. aut. acc.

v. 631. *εἰσόμεσθα*, v. Kr. II, 30, 3, 11. — *ὑπέρτερος* est *superior*; deinde significat *amplius* (ut v. 16); hic autem *melius* vel *certius*.

v. 632 sq. *μὴ* cum *ἄρα* jungendum ad *πάρει* pertinet, non ad *κλύων*. *ἄρα μὴ πάρει* falso Wolff. vertit: »*kommst du nicht?*» quod esset *ἄρ' οὐ πάρει*; Recte explicaverunt Kr. I, 69, 9, A. et Baeuml. p. 303. *κλύων*, v. Kr. I, 53, 1, 2. — *τῆς μελλονύμφου*, v. Kr. 47, 7, 6. Wolff. hoc voc. cum *θυμαίνων* (quod habet pro *λυσσαίνων*) jungit, sed ineptum est *τελείαν ψῆφον* absolute positum.

v. 634. *σοὶ μέν*, etiamsi non aliis (choro et Antigonæ).

v. 635 sq. Ut nunc leguntur e L. verba, accipienda est Schneidewinii conjunctio: *σὺ ἀπορθοῖς γνώμας μου, ἔχων χρηστάς*. Quod tamen quum admodum contortum videatur, vehementer inclinat animus, ut *μοὶ* scribam et post *χρηστὰς* inseram *μ'*, ut conjungantur *μοὶ γνώμας ἔχων χρηστάς*.

v. 637 sq. *ἀξιώσεται* e conj. Musgravii, v. Kr. I, 39, 11. *ἀξίως ἔσται φέρεσθαι* non defenditur e Kr. I, 55, 3, neque 3 neque 7; nam ita *ἐστὶν φέρεσθαι (putandus est)* græce dici non potest, et si *ἔσται μείζων* conjunxeris, *φέρεσθαι* absolute dictum sordet. Contra *ἀξιώσεται φέρεσθαι* e. Kr. l. l. (3) bene se habet. Quum et *μείζων* et *μεῖζον* per Græcæ linguæ usum dicere liceat, retinendum puto codicum *μείζων*.

v. 639. *γάρ*, v. Baeuml. p. 72. d. Kr. I, 69, 14, 7.

v. 642. *φύσαντες ἔχειν*, v. Kr. I, 56, 3, 6.

v. 643 sq. Quæ hic in medium profertur sententia, sæpe apud antiquos invenitur. Putabant enim, in eo positam esse summam fortunam, si quis hoc facere posset. V. Xen. Mem. 2, 2, 2. Anab. 1, 9, 11. 2, 3, 23.

v. 646. *τί ἄλλο πλὴν* pro solito *τί ἄλλο ἢ* (Kr. I, 62, 3, 7).

v. 647. *γέλως* h. l. est *irrisionis causa*.

v. 648 sq. In legendo v. 648 Hertelium sequor, qui (in Progr. Torg. 1856. p. 10. Vid. N. Jahrb. für Philol. und Pæd. 1857 p. 439) proposuit *τὰς φρένας σύγ' ἡδονῇ*. Dind. addidit *δαμεὶς* et *τὰς* ejicit, nimia utens libertate neque ullam afferens causam, cur vere simile sit, illud participium excidisse. Seyffertii *χυθ'* magis in ostentationem compositum quam verum esse videtur. Wolff. *σύγ'* recepto *ἡδονῆς* retinuit; sed vereor, ut *ἡδονὴ* cum gen. obj. jungi possit. In *ἀκοῆς ἡδονὴ* gen. est subjectivus. *λόγων ἡδονὴ* e *καθ' ἡδονὴν λέγειν* est ortum. *Voluptas ex aliqua re capta* græce sonat *ἡδονὴ ἀπό τινος* l. *ἐπί τινι* l. *τινί*.

v. 650 sq. *παραγκάλισμα*, cf. v. 533. — *τοῦτο ..... γυνὴ κακὴ* v. Kr. 1, 57, 10, 3.
v. 652. *ἕλκος* pr. est *ulcus, vulnus*; deinde, ut hic, *grave malum*.
v. 654. *ἐν Ἅιδου* refertur ad *νυμφεύειν*, non ad *μέθες*. Act. *νυμφεύειν* apud Soph. hanc solam vim habet *nubendi*. Alioquin vulgo dicitur *νυμφεύειν θυγατέρα τινί*, *filiam alicui nuptum dare*.
v. 659, *ξύναιμος* est *consanguineus*; h. l. *consanguinitatis vincula tuens*.
v. 660., *κάρτα τοὺς ἔξω γένους* int. *ἀκόσμους ἔξω*, quod est *ἀπὸ κοινοῦ* ex antecedentibus sumendum. *κάρτα* pr. est *valde*; h. l. *profecto*.
v. 661. *ὅστις* = *tantum si quis*.
v. 663. *ὑπερβαίνειν* ita non raro absolute dicitur *sceleste* l. *nefarie agere*.
v. 665. *ἔστι*, v. Kr. I, 55, 3, 1. Cf. v. 692.
v. 666. De optativo v. Kr. I, 54, 14, 4. Sententia enim nullius certæ personæ nec temporis est.
v. 668. *τοῦτον τὸν ἄνδρα*, schol.: *τὸν τῷ βασιλεῖ πειθόμενον*, quod ex antecedentibus facile intelligitur. Quare nihil erat, cur Seidlerus (quem secutus est Erf.) vv. 663—667 post 668—671 collocaret. — Ceterum Schoellius, qui quam levibus causis commotus omnia ad suum arbitrium fingere velit, ex hoc Creontis et Hæmonis sermone vel maxime apparet, ubi nimia licentia grassatus est, hos vv. ejiciendos putat.
v. 669 causa non sufficiente Wolff. ejecisse videtur. Nam *ἄρχεσθαι* non prorsus idem est atque *τῷ βασιλεῖ πείθεσθαι* (*τοῦ β. κλύειν*), sed significat (ut fere vertit Both.): *alius cujusvis imperio subjectus jussa ejus rite exsequi*; ac præterea *ἄρχεσθαι* bene opponitur *τῷ ἄρχειν*. Neque credo, gen. *δόρους* alibi inveniri. Potius, ut totidem versibus loquantur Creon et Hæmon, cum Dind. puto, post v. 690 unius versus defectum esse, de qua re suo loco dicetur.
v. 670. *προστεταγμένον*, *ubi jussus est* (int. *μένειν*). Neque opus est neque bene potest *προστ.* h. l. idem atque *παρατεταγμένον* valere: sequitur enim *παραστάτην*.
v. 673. Melius videtur cum Dind. *τ'* ejicere et *ἥδ'* retinere quam hoc in *ἡδ'* mutare; nam *ἥδε* multo majorem vim et elegantiam verbis addit, quum præsertim sequatur *ἥδε* (v. sq.). Ceterum et *τ'* et *ἥδ'* retineri posse, docuerunt Wund. et Schneid.

v. 674. Certissima jam putari potest Reiskii emendatio (Dind. quidem auctore; ceteri Bothio tribuunt) *συμμάχου*, quæ non solum optimam, sed necessariam sententiam efficit.

v. 675. *τροπὰς καταρρήγνυσι, rumpendo fugam efficit* (i e. *τὸν στρατὸν καταρρήγνυσι, ὥστε τροπὴν γίγνεσθαι*). — *οἱ ὀρθούμενοι* alii interpretati sunt *recte stantes in acie* (Wex., Wund., Musgr.), alii *qui incolumes a periculo servantur, qui res suas salvas vident* Ell.), alii *qui ab aliis se regi sinunt* (Wolff., Schneid). (Blaydesius, ut sæpissime, multa affert, nihil dijudicat.) Hæc una mihi vera esse videtur interpretatio. Nam si Ell. sequimur, nihil aliud fit quam: qui servantur, ii servantur. Et si connexum sententiarum respexeris, necesse est *τοὺς ὀρθουμένους* hic opponi iis, qui nimia licentia utuntur, non quod pugnantes in fugam conjiciuntur, sed ob id ipsum quod præfectis non parent. *σώζει* contra opponitur verbis *ὄλλυσι, τίθησι, τροπὰς καταρρήγνυσιν*.

v. 677 sq. *οὕτως* potius cum Wund. causativam vim habere puto (*quæ quum ita sint*; cf. v. 465 adn.) quam cum Schneid. explicandum: *nach den im Obigen überhaupt entwickelten Grundsätzen*. Ob eam ipsam causam, quod tantam utilitatem affert legum obedientia, *institutis civilibus est subveniendum*. — *ἀμυντέα, ἡσσητέα*, v. Kr. I, 44, 4, 2. — Verborum *τοῖς κοσμουμένοις* novam attulit Seyff. interpretationem, neque eo magis, ut mihi videtur, rectam. Dicit enim, *τοὺς κοσμ.* esse eosdem, qui v. 675 *οἱ ὀρθούμενοι* appellantur. Sed hic de eo agitur, legibus obediri debere, non eos esse tuendos, qui iis obediant.

v. 680 non inanis est repetitio ejus, quod v. 678 dictum est, sed id ipsum ad hominum opinionem et sermonem refert.

v. 681. De *κλέπτεσθαι* vid. v. 493 adn. Cf. v. 1218.

v. 683. Quare ut tibi ita etiam alii cuidam dii sanam mentem dare possunt.

v. 686. *μήτε*, quia optat, se id facere numquam posse.

v. 687. Admodum contorte Schneid. ad *καλῶς ἔχον* subaudiendum putat *κτῆμα φρενῶν*. Si vulgata retinetur scriptura, optime verba *γένοιτο ἂν καλῶς ἔχον* a Wolff. explicantur e Kr. II, 56, 1, 6. Sed conjectura Seyfferti *χἀτέρου* omnia planiora facit.

v. 688. *σοῦ*, v. Kr. I, 47, 23. — *πέφυκα προσκοπεῖν*, v. id. I, 55, 3, 3.

v. 691. Dativi *λόγοις τοιούτοις* rationem Blayd. affert, v. 391. comparans. *δεινός τινί τινι* fortasse dici potest

hoc sensu: *terrorem alicui aliqua re injiciens.* Sed hic esset: *terrorem alicui injiciens ob scelus quoddam ab eo commissum, cujus poenas ne patiatur timeat,* quod mihi durissimum vixque tolerandum videtur. Quare vehementer inclinat animus, ut Dindorfio assentiar, post v. 690 unius versus lacunam indicanti. Cf. v. 669 adn. — Futurum τέρψει positum est pro τέρψῃ ἄν satis solita structura.

v. 695. κάκιστα φθίνει, *miserrimam obit mortem.* — ἀπό v. Kr. I, 68, 16, 8.

v. 697 sq. μήτε, v. id. I, 67, 4.

v. 699. λαχεῖν, v. id. I, 50, 6, 7.

v. 700. Ad ἐπέρχεται nihil opus est subaudire, neque μοί (Wolff., Wund.), neque πάντας l. πολίτας (Ell., Schneid.), sed recte vertit Seyff.: *incedit.* Ita absolute dicitur κῦμα, θάλασσα (Plat., Thuc.), λοιγὸς (Aeschyl.) ἐπέρχεται.

v. 703. εὐκλείας est gen. q. v. comparationis.

v. 704. ἄγαλμα de liberis, qui parentibus lætitiæ sunt, v. 1115. — πρὸς παίδων, *a liberis* (sueth.: *från barnens sida).* V. Kr. I, 68, 37.

v. 705. Retineri potest φόρει. Non enim Hæmon patrem hortatur, ut duo quasi ingenia apud se habeat, sed ut id ingenium, quod habet, alio quodam commutet. Quare φορεῖν hic pæne idem est atque *retinere.*

v. 707. δοκεῖ int. ἑαυτῷ.

v. 708. γλῶσσα *artis dicendi* vim habet etiam O. C. 806. Phil. 440.

v. 709. ὤφθησαν, aoristus, qui gnomicus vocatur; v. Kr. I, 53, 10, 2. — De ὅστις ..... οὗτοι v. id. I, 58, 4, 5.

v. 710. τό, v. id. I, 50, 10, 1. Cf. Aj. 1166. Falso Schneid. et Erf. Ant. 33 huc traxerunt.

v. 711. τείνειν. Notio *tendendi* hoc modo translata usitatissima est.

v. 712 sqq. Apte Wolff. et Schneid. v. 473 sqq. comparantes docent, ejusmodi poëtæ artificio præcipue commendari illud γνῶθι σεαυτόν. — παρὰ ῥείθροισι χειμάρροις pertinet non ad ὁρᾷς, sed ad ὑπείκει. — Usitatior esset verborum collocatio ὅσα ὑπείκει τῶν δένδρων. V. Kr. I, 51, 11.

v. 715. Si scriptum esset ἐγκρατῶς, vera esset Schneid. et Wund interpretatio: *funem vehementer tendit,* sed ἐγκρατῆ non potest ita verti. Dicunt quidem, hoc vocabulum proleptice esse positum (= ὥστε ἐγκρατῆ εἶναι), sed ποὺς ἐγκρατὴς dici non potest. Nam ἐγκρατὴς nullo modo potest idem esse atque ἐγκρατῶς τεταμένος. Quare accipienda est

Seyff. et Wolff. explicatio *ναὸς ἐγκρατὴς ποῦς* conjungentium: *funis, qui navem in potestate sua habet* i. e. *quo navis regitur.*

v. 717. Hic illic *στρέφειν* intransitive usurpatur, sed fere semper subaudiri potest objectum, ut hic *τὴν ναῦν*. Ita de equitantibus, velut Xen. equ. 7, 18, int. *τὸν ἵππον*. Neque Soph. fragm. 771 (Dind.) *ὁ στρέφων κύκλος ἡλίου* prorsus intransitive dicitur; nam intelligi potest *ἑαυτόν*. — *σέλμασιν*, v. Kr. 1, 48, 15, 18.

v. 718. L. habet *εἶκε θυμῷ*. Inter omnes emendandi conatus maxime displicet a Seyff. factus *ἀλλ' εἶκε θυμῷ καὶ μετάστασιν διδούς*, ita ut *καὶ* prope idem esset atque *nihil aliud quam*. Nam ita et contorta fit sententia, et *καὶ* ineptissimum habet sensum. Optimum mihi videtur, quod e nonnullis apogr. receperunt Dind. (Lips. 1857), Wund., Blayd., *εἶκε θυμοῦ*, quod verbis *μετ. δίδου* tenebras offundere commentus est Seyff. Facillime enim ad hoc subaudiri potest *τῶν ὄντων, τῶν ὑπό σου κηρυχθέντων*, tale quid. *εἴκειν* cum gen. junctum satis est constans. *εἴκειν θυμοῦ* cum Dind. verto *remittere ab ira*. Aut, si magis placet, *θυμὸς* (ut vult Wund.) potest esse *animus, voluntas* et ad *μετ.* simul audiri *τοῦ θυμοῦ*.

v. 719. *ἐπί*. V. Kr. I, 68, 40, 4.

v. 720. *πρεσβεύειν*, pr. *majorem natu esse*. Deinde *in honore esse, coli*, ut Aj. 1389 *Ὀλύμπου τοῦδ' ὁ πρεσβεύων πατήρ*. Cf. fragm. 256 (Dind.). E quo hic *præstare*. Item *πρεσβύτερος* est *major* s. *valentior*, ut O. R. 1365. (Plato: *ἐμοὶ οὐδέν ἐστι πρεσβύτερον*). Superl. *πρεσβύτατος* (poët. *πρέσβιστος* fragm. 523. 539. Dind.) *honoratissimus, summo honore dignus: τοῦτο πρεσβύτατον κρίνας* (Thuc.), *ἀγαθῶν πρεσβύτατον* (Plut.).

v. 721. *πάντα*. V. Kr. I, 50, 11, 9. Cf. Aj. 275 *κεῖνος λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ*.

v. 722. *δὲ — γάρ*, cf. *ἀλλὰ — γάρ* v. 392. — Ad *εἰ* non solum *ῥέπει*, sed *μὴ ῥέπει* est intelligendum. V. Kr. I, 65, 5, 11. *μὴ* est adhibitum, quia conditionalis quædam vis in hac sententia inest (*εἰ μὴ ῥέπει ταύτῃ, ὃ φιλεῖ συμβαίνειν*).

v. 724 sq. Ad *μαθεῖν* addi debebat *τοῦδε* (*τοῦ Αἵμονος*), pro quo positum est verecundiæ causa *εἴ τι καίριον λέγει*. Ambiguitas, quam in *διπλῇ* sibi invenisse videtur Seyff., nulla est. Nam usitata hujus verbi significatio est *bis*, cui proxima est h. l. adhibenda *utrimque*.

v. 726. *καὶ δή* = *num eo jam ventum est, ut .....?* V. Baeuml. p. 147.

v. 728. *μηδέν*, *μή*, v. Kr. I, 67, 2, 2.

v. 729. *τἄργα*. Non agitur de operibus quibuslibet Hæmonis (ut putat Wund.), sed de *re ipsa*, Antigonam dico tam misere tamque crudeliter obituram (Blayd.: *the circumstances of the case*).

v. 730. Quæ inest in *ἔργον ἐστὶ* ambiguitas, multo acerbiorem facit Creontis orationem.

v. 731. Quod statuit Valckenarius (ad Phoen. 1321), dici posse *εὐσεβεῖν εἴς τινα* et *εὖ σέβειν τινά*, non autem *εὐσεβεῖν τινα*, recte refutavit Herm. ad h. l. Hoc legitur etiam apud Aeschyl. et Eur. Præterea *εὐσεβεῖν πρός τινα*, *περί τινα*, *τὰ πρὸς θεούς*, *τὰ περὶ θεούς*.

v. 733. *οὐ φάναι*, quia objecto caret, est *negare*.

v. 736. *ἐμοί*. V. Kr. I, 48, 4, 1.

v. 737. *ἀνδρὸς ἑνὸς* est gen. q. v. materiæ (v. *ἐρήμης* v. 739); contra Creon v. 738 pro possessivo eum accipit.

v. 740. *ὡς ἔοικε*. V. Kr. I, 55, 4, 3.

v. 742. *διὰ δίκης ἰὼν πατρί* int. *προκήδει μου*; — *διὰ δίκης ἰέναι*, v. Kr. I, 68, 22, 2. *πατρί*, v. id. I, 48, 7, 1 (*διὰ δίκης ἰέναι* = *ἐγκαλεῖν*).

v. 743. *οὐ δίκαια* i. e. *ἄδικα*. V. Kr. I, 46, 5.

v. 744. De *γὰρ* in interrogationibus posito disputavit Baeuml. p. 72 sqq.

v. 745. Ut sæpissime in dialogo fit, ita hic idem verbum repetitum non prorsus eodem sensu dictum est. Nam ob ea, quæ sequuntur, cum Wolff. puto, *σέβειν* h. l. absolute esse positum significans *pium esse*. — Ut recte intelligatur, quæ vis verbo *τιμὴ* h. l. sit tribuenda, comparandos puto O. C. v. 1006 sq. *θεοὺς τιμαῖς σεβίζειν*. E quo puto, *τιμὰς* hic non esse *ea, quæ diis sancta sunt*, velut *jussa* eorum, sed *honorem, quem diis homines habere debent*. Quare *θεῶν* est gen. obj.

v. 746. *ὕστερος* sæpe dicitur de dignitate vel potestate, ut idem sit atque *ἥσσων*. Ita Phil. 180 sq. *πρωτογόνων ἴσως οἴκων οὐδενὸς ὕστερος*. Thuc. 1, 91 *οὐδενὸς ὕστεροι γνώμῃ φανῆναι*.

v. 747. *γὲ* ita collocatum non pertinet ad *τῶν αἰσχρῶν*, sed ad totam enunciationem. *τῶν αἰσχρῶν* masculinum esse videtur.

v. 748. *σοί*, v. Kr. I, 48, 6, 1.

v. 750. *ὡς*, v. id. I, 61, 5, 5. Longe usitatius est *ὅπως*.

v. 751. Alienissima est Wunderi interpretatio, verbo *τινὰ* Creontem indicari putantis. *ὀλεῖ* explicat = *in summam perniciem adducet*. Sed non hoc Hæmon spectat, ut patri perniciem vaticinetur, neque summa opus est Creontis desperatione (v. 756), ut minetur Hæmon, se sibimet ipsum mortem consciturum; sed postquam audivit, sponsæ mortem firmam atque constitutam esse, jam vitam valere jubet. Contra Creon (v. 752) *τινὰ* de se dictum putat.

v. 752. *ὧδε* pertinet ad *ἐπεξέρχει*, ad quod simul audiendum *μοί*. — *θρασὺς* prædicative = *θρασέως*.

v. 753. *κενάς*, cf. v. 709.

v. 754. *κλάων*, opp. *χαίρων* (v. 759, ubi *οὐ χαίρων* = *κλάων*). O. R. 1152 pro *χαίρων* scriptum est *πρὸς χάριν*. — Ceterum in hoc dialogo apparet, quam libenter poëta alteram personam iisdem quibus alteram vel cognatis verbis utentem faciat. Velut 730. 731. 744. 745 *σέβειν*, *εὐσεβεῖν*. 733. 734. 737. 738 *ὁμόπτολις*, *πόλις*. 740. 741 *γυνή*. 742. 743 *δίκης*, *δίκαια*. 743. 744 *ἐξαμαρτάνοντα*, *ἁμαρτάνω*. 752. 753 *ἐπαπειλῶν*, *ἀπειλή*. 753. 754 *κενός*. 754. 755 *φρενώσεις*, *φρενῶν φρονεῖν*.

v. 756. *δούλευμα* pr. est *servitium* (ut Eur. Or. 221). Cf. huj. fab. v. 533. — *κωτίλλειν* est *garrire*, addita *adulandi* et *simulandi* significatione. Sæpius cum acc. rei jungitur, ut *ἡδέα κωτίλλειν*, raro, ut hic, cum acc. personæ hoc sensu: *garriendo molestum esse alicui*.

v. 757. *λέγειν τι* h. l. non e Kr. I, 51, 16, 13 est intelligendum.

v. 758. Semel tantum (El. 626) Soph. in negativa jurisjurandi formula *οὐ μὰ* scripsisse videtur; alias semper solum *οὐ*.

v. 759. *ἐπὶ* h. l. potest quidem significare rem insuper alii additam (sueth. *jemte, förutom*; cf. v. 595), v. Kr. I, 68, 41, 5. Sed postquam Eur. Phoen. 1555 sq. inspexi (*οὐκ ἐπ' ὀνείδεσιν, οὐδ' ἐπιχάρμασιν, ἀλλ' ὀδύναισι λέγω*) ejusque similes locos, multo malo cum Ell. e Kr. ibdm ann. 7 explicare (*ἐπὶ ψόγοισι*, *vituperandi causa*). — *δεννάζειν* est *irridere*. Cum acc. rei junctum legas Aj. 243 *κακὰ δεννάζων ῥήματα*.

v. 760. *μῖσος* h. l. est *homo odiosus*. Cf. *δούλευμα* v. 756. Ita latine *scelus* apud. com. dicitur. — *κατ' ὄμματα*. Usitatius *ἐν ὀφθαλμοῖς* v. 764 (v. Kr. I, 68, 12, 4).

v. 762 sqq. *οὐ δῆτα* generalis est negatio, cui subjunguntur membra *οὔτε — σύ τε*. Pronomen *ἔμοιγε* quamquam ad prius tantum membrum pertinet, ante utrumque est positum.

v. 765. *τοῖς θέλουσι* int. *ξυνόντες ὑπομεῖναι τὴν σὴν μανίαν* (ut recte schol.). Nullum hic habet locum Schneid. interpretatio: *qui bene volunt tibi.*

v. 766. *ἐξ* h. l. causalem habet vim, de qua v. Kr. I, 68, 17, 7.

v. 767. *βαρύς*, *a quo gravissima quæque sunt metuenda.*

v. 768. *ἢ κατά*, v. Kr. I, 49, 4; cf. 68, 25, 2. 3.

Corrigenda:

Pag. 29 lin. 32 corr. *χώρα*
„ 31 „ 21 „ atque